tie ꝙ paruc res creſcũt.Diſcoꝛdia vero
que eſt ei oppoſita tãti eſt diſcriminis
et malicie ꝙ res etiã aggregate maxi-
me dilabuntur.Et hoc eſt qđ ſaluatoꝛ
Math.xij.dicere voluit maxie cũ dixit
Omne regnũ in ſeipſum diuiſum deſo
labitur.xxv.q.ij. Si nihil.ergo vilius
ciuitati vel etiã regno eſt concoꝛdia.vñ
cõmentatoꝛ.ix.ethicoꝝ dicit ꝙ concoꝛ-

dia magnorū eſt grata toti ciuitati et
totis grecis. et ponit exemplū de con-
cordia grecoꝝ contra xerſem grata cū
facta ſcilicet ſint omnibꝫ grecis. ¶ Item
concordia rempublicā fortem et terri-
bilem facit. vnde gregoriꝰ ſup ezech.
libro primo. omel. viij. Caſtroꝝ acies
tunc horribilis hoſtibꝫ oſtendit. quan
do ita conſtipata et condenſata fuerit
vt nullo loco interrupta videat. Jdeo
ſeneca epla. xliij. In omni republica de
bet vnus principari ne inter eos fiat di
uiſio. hoc etiā probare videt canon. in
apibus. vij. q. j. Unde valeriꝰ libro. iiij.
ca. ij. recitat de menelio lepido et fulmo
flacco. quia vt cenſores creati ſunt qui
prius in inimicicijs deſidebant publice
inuicti ſunt. nō deſidētes in inimicicijs
priuatis. ¶ Pro premiſſoꝝ intelligen
tia magis in ſpeciali eſt de aliquibꝫ du
bitabilibꝫ querendū vel inueſtigandū
et primo vtrū odium proximi ſemp ſit
peccatū. ¶ Huic queſito breuiter re-
ſpondit beatus thomas ſcda ſecūde. q.
xxxiiij. dicens. q debet homo in fratre
odio habere peccatū et omne id quod
pertinet ad defectū diuine iuſticie. Sed
ipſam naturā et gratiam fratris nō po
teſt aliquis habere odio ſine peccato.
hoc autē ipm qd in fratre odimus cul
pam defectū boni ptinet ad fratris a-
morem. Eiuſdem eīn rationis eſt q ve
limus bonū alicuius et q malū odia-
mus. Ad hoc nos inducit auguſtinꝰ in
canone. odio. lxxxvj. diſtin. vbi dicit q
odio habeant peccata nō homines. vn
de ſimpliciter accipiēdo odium fratris
eſt cum peccato. prima Joh. iij. Omnis
qui odit fratrē ſuū homicida eſt. de pe.
di. j. homicidoꝝ. ¶ Secundo que-
ritur vtrū autor minus bene dixerit in
eo quod in ſcdo metro dicit. Ira odiū
generat. Et videt q in hoc caſu male
dicat dum dicit q de ira oriatur odiū.
quia gregoriꝰ. xxxj. moraliū dicit q de
inuidia oritur odiū non ergo ex ira. qꝛ
vnum viciū non oritur ex duobꝫ vicijs
capitalibꝫ cuiuſmodi ſunt ira et inuidia

D

ergo male dicit ꝛc. ¶ Huic cōtrario
reſpondet per beatū tho. q. vt ſupra.
articulo ſexto dicētem q nihil ꝓhibet
vnū et idē oriri ex diuerſis cauſis ſm
diuerſas rōnes. et ſicut vnus actꝰ vir-
tuoſus poteſt ꝓcedere ex duabꝫ virtu
tibus ſcōm diuerſas ratōnes. ſicut la-
tronē punire ex iuſticia et fortitudine
ita et actus vicioſꝰ poteſt ꝓcedere ex
duobus vicijs capitalibꝫ ſcōm diuer-
ſas ratōnes. nam odiū cauſatur forma
liter et directe ex inuidia. qꝛ pro inui-
dia fit bonum ꝓximi triſtabile. et per
conſequēs odibile. Ex ira autē cauſat
odium ſcilicꝫ per quoddā argumentū.
nam primo p iram appetimus malum
ꝓximi ſcōm quandam menſurā inquā
tum ſcilicet habebit rationē vindicte.
poſtea per continuationē et diuturnita
tem ire ꝑuenitur ad hoc q homo ma
lum ꝓximi abſolute deſideret per qd
ptinet ad ratōnem odij. Unde patet q
odium ex inuidia orit formaliter et di-
recte ſcōm rationē obiecti. ex ira autē
ſolum diſpoſitiue.

## Triceſimūſeptimum prece ptum prime partis metri.

Seruorum culpa cum
te dolor vrget in ira
Ipſe tibi moderare    A
tuis vt parcere poſſis.

¶ Preſens preceptū quo ad fami-
liarium et ſeruoꝝ moderatā correctio-
nem eſt quaſi idē cum. xij. ꝑcepto ꝓſe
familiam cura. Differt tamē ab illo in
quibuſdā que infra ſtatim explicabunt
in illo et maxime in. iij. principali mem
bro habet q pater familias ſcōm cano
num inſtituta mores quorūcunqꝫ debe
at pſcrutari vt corrigant. et in hoc ſtu-
dere debet ſup omnia quilibet regens
et dominꝰ vt ſubditoꝝ vicia luculen-
ter cognoſcat. ¶ De hac materia vide

latius ſupra in ſcd̄a prohemiali pte .ſ. xvij. qui incipit. Dixi ſcd̄o ꝙ ſeducens adulatio ꝛc̄. ibi require ſi placet.

¶ In p̄ſenti vero precepto inducit autor quemlibet dominū et regentem ad virtutē manſuetudinis que eſt de decem virtutibꝫ moralibus vna que quidam docet moderare iras et iraſcibilitates reprimere hoc ideo. qꝛ aliqui excedunt in appetendo punitionē et aliqui deficiūt in hoc. Ideo oportet hanc virtutem mediā ponere ſcd̄m ꝙ ratio dictat. Ideo quilibet dominus cū homo ſit et homo manſuetꝰ ſit a natura ſm̄ philoſophū. nec habeat dentes eminentes vt aper. nec vngues ad diſcerpendum vt leo. nec venenū ad toxicandū vt ſerpens non debet ledere ſuos ſeruos. quia contra naturā facit ledendo. ſed pocius moderare debꝫ iram ſuam ſuper ſeruoꝝ offenſa. quia quilibet nobilis excellentie in regimine domꝰ vel alio dominio ꝯſtitutus. ſumme cauere debet ne contra ſubditos ⁊ familiares ex ipſorum omnibus defectibꝫ furioſe inſurgant vel aliter offendant. Ratio quia familiares et ſubditi non ſunt dij ſed homines impfecti. et cum homines ſint in negocijs ſuis impoſſibile eſt vt quandoqꝫ non deficiant vel excedant. Quia ſicut ſcribit tullius in officijs nihil enim perfectū in qualibet parte ſui rerum natura expleuit. In multis enī offendimus omnes ait Jacobus in ep̄la ſua. c. tercio. Quapropter maturius et honorabilius noſcit defectus ſub diſſimulatione tranſire ꝙ̄ in eos inordinate furere et in conſpectu aſtantiū illos impaciencia furioſa rep̄hendere. ratio eſt qꝛ ipſi familiares et ſubditi non ſemꝑ deficiunt vel excedunt vt ſint digni reprehenſione vel nota quamuis domino excedere vel deficere videant. non ſemꝑ oculi aliorum aſtantiū ex quoꝝ p̄ſentia potiſſime ſequeret ira domini tales defectus non pcipiunt vel agnoſcunt. ꝓpter quod ſepiſſime accidit qd̄ iracundia rep̄henſio domini in p̄miſſis de huiuſmodi defectibꝫ vel exceſſibus aſtantibꝫ alijs in noticiā exhibeat. de quibus nec p̄mitus ꝑpendebant. nec per eas antea curabant. Et ſic ex tali impacientia domini ꝑ ſepe generant errores et ſcandala duplicant.

¶ Et ꝓpterea puer. xxv. ſcribitur. Que viderunt oculi tui non ſtatim proferas in iurgio ne poſtea emendare nō poſſis. nam fatuus ſtatim indicat iram ſuā. Qui autē diſſimulat iniuriā callidiſſimꝰ eſt. puer. xl. ca. Iſtud eſt contra iſtos dn̄os qui ſuper ſubditoꝝ vel familiariorū ſuoꝝ dominio ſunt cōſtituti preter furioſam īſaniā et vociferatōnes verboſas ipſos neſciūt regulare. niſi cum iurationibus et clamoribus eorundem. propter quod ſi in hac ratōnis ordine regerent eo ꝙ vnico actu vel ſigno ipſi familiares et ſubditi abſqꝫ furioſo clamore cognoſcerēt ſui domini voluntatē et obediencie pnitate ſeruirent. Et ꝓpterea ſcribit hermes phūs in moralibꝫ ſuis. Ira ignorantis conſiſtit in verbo. ira ſapientis in opibus ordinatis.

¶ De virtute māſuetudinis vide latius ſupra in pte p̄ſarca. xlj. p̄cepto. Blandus eſto.

¶ Attendens autor ꝙ non decet cultorem dei cōtra ſubditos ⁊ ſeruos impacienter furere rationibꝫ ſupra ſcriptis ꝓ tanto ipſi dei cultori hoc ſuū preceptum ad correctionē temperatā inductiuū exhibet obſeruandū dicens. Seruorum culpa ꝛc̄. quaſi velit autor innuere ꝙ ſi dominꝰ ꝓpter ſeruoꝝ culpam iraſcitur. debet ꝑ manſuetudinē et clementiam ſuā iram temꝑare et parcere ac etiā a verberibꝫ ceſſare donec ira ſit mitigata. qꝛ ſi ipſos verberaret iratus poſſet excedere modum debitū corrigendi. Propterea ſeneca vt habet .iij. libro de ira. noluit plato ſeruum verberare poſtꝙ̄ cognouit ſe iraſci. immo manum tenebat extēſam et ſuſpenſam et ſtabat vt ꝑcuſſori ſimilis. interrogatus ab amico qui forte meruerat quid ageret. Reſpondit ego exigo penas ab homine iracundꝰ. tu aūt ſeruulū iſtum

B

verberibus obiurga. nam ego iraſcor
ꝑpter quod ego non occidi. ideſt non
verberaui iraſcor inq̃ȝ plus facio quod
oportet et libentius faciam non ſit iſte
in poteſtate eius qui plus in ſua nõ eſt
vnde oratius. Eſt modꝰ in rebus ſunt
C certi deniqȝ fines. Quos vltra citra qui
qȝ nequid conſiſtere rectuȝ. ❡ Pro
premiſſoꝝ intelligentia magis in ſpe/
ciali eſt breuiter ſciendum ꝙ dominus
et ſeruus ſunt correlatiua. vnde nõ po
teſt eſſe dominus ſine ſeruo. ad innu/
endum ꝙ debet dominus ſeruũ ſuum
dulciter et benigne tractare. et verſavi
ce ſeruus debet dñõ ſuo fideliter ſerui
re. vnde ex hijs conſurgunt tria conſi/
deranda. Primũ eſt qualiter dominus
circa ſeruũ ſe debeat habere. Secun/
dum eſt qualiter ſeruꝰ ſuo domino de
beat fideliter ſeruire. Tercium eſt qua
liter ſi nequã extiterit debeat ipſum de
bita pena punire. ❡ Hec autem tria in
ducunt facere. ſcilicȝ Sacra ſcriptura.
et natura. canonica et ciuilia iura. et an
tiquorum exempla. ❡ Dico nanqȝ
primo quo ad primũ ꝙ ſacra ſcriptura
docet qualiter dominꝰ ſeruum ſuũ tra
ctare debeat et habere. vnde dominus
iugiter meditari debet conſeruis equa
litatem conditõnis et pondus ſue ſer/
uitutis ꝛ non imparare ex cupiditate nec
principari ex ſupbia ſed ex officio con
ſulendi. et miſericordia ꝓuidendi ſcd̃m
auguſtinũ. Sic cogitabat iob. ca. xxxj.
qui dicebat nunquid nõ in vtero fecit
me qui et illum ſcilicet ſeruũ. vnde gre
gorius moralium. xij. potentibus viris
magna eſt virtus humilitatis conſide/
rata equalitate conditõnis. et poſt ma
nu humilime cõſiderationis deprimen
dus eſt timor elationis. ❡ Item ſcrip/
tura verſa vice docet qualiter ſerui do
minis ſuis debent obedire. vnde aplus
ad eph. vj. Serui obedite domis ſicut
chriſto. Item etiã ſacra ſcriptura docet
ſeruũ qualiter domĩo ſuo fideliter ſer
uire debeat et in omnibus fidelis exi/
ſtere. ❡ Pro quo ſciendum ꝙ omnes
ſubditi ſiue milites ſiue ſerui dño ſuo
eſſe debẽt obſequioſi ꝛ fideles. vt cum
puro corde diligere et effectu magnifi
care ſalua veritate et eius vitam et ho
norem cuſtodire ſollicite exemplo pplo
iſrahelitici qui noluit ꝙ dauid iret ad
bellum ꝓut. ij. regum. xviij. tradit hi/
ſtoria qui et dixerũt tu vnus ꝓ decem
milibȝ reputaris. Et etiã exẽplo Joab
qui noluit capere vrbeȝ ne victoria ſuo
aſcriberetur nomini. ꝓut etiã. ij. regum
xij. ca. declarat hiſtoria. ❡ Secũdo
natura ad hoc inducit ꝙ dominus ſer
uum ſuũ benigne tractare debet. vnde
gregorius ſup illud geñ. ix. Terror ve
ſter ſit ſup cuncta animalia terre. ſic di
cit ꝙ homo animalibus irrationabili/
bus non ceteris hominibȝ natura pre/
latus eſt. Idcirco dicit̃ ei vt ab anima
libus non ab hominibȝ timeatur. quia
contra naturã ſuperbie eſt. vt ab equa
li velle timeri. ❡ Ad hunc ſenſum pul/
chre loquitur ſeneca libro primo de cle
mentia ad neronem caplo. x. dicens ſer
uis imperare moderate laus eſt et in
mancipio cogitandũ eſt non quantum
illud impune poſſit pati ſed quantũ ti/
bi ꝑmittat equi boniqȝ natura que par
cere etiam captiuis et precio iubet pa/
ratis quanto iuſtius iubet tanto iuſtiꝰ
hominibus liberis ingenuijs honeſtis
non vt mancipijs abuti ſequitur. Cum
in ſeruum omnia liceant eſt aliquid qd̃
in homine licere cõmune ius animan/
tium vetet. et ponit exemplũ de crude
litate pollionis qui ſeruũ quia cum of
fenderat murenis in vinario ꝓiecit et
illas hũano ſanguine ſaginabat homo
mille mortibus dignus. Hec ille.
❡ Dixi tercio ꝙ tam canonica q̃ȝ ciui/
lia iura inducũt atqȝ mandant ſeruum
nequã atqȝ ꝯteruum debita pena pu/
niri. ❡ Pro quo etiam ſciendum ꝙ
ꝑpter exigentiam culpe debet imponi
pena. hoc ꝓbatur in decre. queſiuit. in
fine. de hijs que fiunt a ma. p. ca. verbi D

gratia. Si enim ſeruus contra moꝝ ho
neſtatem aut in aliqua parua re excedē
do aut deficiendo derelinquit aliquali
ter tunc debito modo et honeſto caſti
gandus eſt. Querulum eñi eſt genus
ſeruoꝝ ait Jeronimus epla. lxxxxij. pa
nis eñi et diſciplina opus eſt ſeruorum
Eccleſiaſtici. xxxiij. Diſciplina autē eſſe
debet regulata iuſticia et racione. vir/
ga eñi murmur omne compeſcit. ideſt
moderata diſciplina. ait ſeneca vbi ſup̄
Si autem talis ſeruus nequā in perſo
nam dñi ſui delinquit crimen leſe maie
ſtatis quoquomō committendo debet
capite puniri. Et. vj. q. j. §. verum enim.
ver. Si quis cum. ibi habet ꝙ non ſo
lum ꝓpter hoc peccatū tales puniunt̄
ſed etiā filij. ita ꝙ in iſto caſu vnus ꝓ
peccato alterius punitur. Jn hoc eciam
ↄcordat diuina ſcriptura. Exo. xxij. vbi
dicitur dñs et ſacerdotibus non detra
hes et principi populi ſui nō maledices
Pro cuius ſententie declaratōne
magis in ſpeciali eſt de tali queſtione
querendū. vicꝫ vtrum vnus ꝓ alterius
peccato vel ſine culpa ſua puniri poſſit
Huic queſito taliter reſpondetur ꝙ
pena eterna nō punitur vnus pro alio
ſed vnuſquiſqꝫ damnatꝰ ꝓ ſuo ꝓprio
punietur peccato. Juxta illud ezech. xviij
ca. Anima q̄ peccauerit ipſa morietur ꝛc.
Hoc autē fallit in peccato originali pro
quo ſine culpa ſua punietur pena eterna
iuxta illud Joh. iij. Niſi quis renatus
fuerit ex aqua et ſpiritu ſancto non po
teſt introire regnū dei. Hanc rationē
reddit auguſtinꝰ dicēs ꝙ omnes erra
mus in illo ſcilicꝫ in adam. quia origi/
nem traximꝰ. j. q. iiij. Jam itaqꝫ. Pena
vero ſpirituali corporali et pecuniaria
poteſt quis ꝓ alio ſex de cauſis puniri
Primo pena ſpūali que dicit̄ interdi
ctum ſepe punitur familia ciuitas vel
etiā tota ꝓuincia pro peccato domini.
extra de ſpon. non eſt nobis. Secūdo
pena corporali. vt in crimine leſe maie
ſtatis. vj. q. j. §. verum eñi. et. c. ſequēti.

Tercio pena pecuniaria vt in omni tur
pi lucro eius cui ſuccedit. ff. de calump.
heredi. Quarto ꝓpter vicium ire adhe
rens. C. de acq. poſ. l. vicia. Quinto ad
ꝓmotionem vt di. lvj. c. j. Sexto quo
ad temporalem incōmoditatem qd̄ fit
ad ꝓbationem. j. q. iiij. turbatur.
Dixi quarto et vltimo ꝙ antiquo/
rum exēpla inducunt et oſtendunt ſer
uorum nequiciam fore aſpere punien/
dam. Unde de nequicia ſeruorum qui
occiderunt dominos ſuos. et lares do
minorum et vxores inuaſerunt narrat
trogus pompeiꝰ libro. xviij. ibi habet̄
ꝙ vnus ex ſeruis illis miſertus eſt do
mini ſui. Et cum ſerui illi vellent ex ſe
regem illum eſſe qui ſolem orientē pri
mo vidiſſet. ille ſeruus ad dominū ſuū
ſtratonē nomine detulit et cum. ſcilicet
ſeruum informauit vt cum in campum
ꝓceſſiſſet ceteris in orientem ſpectan/
tibus. ſolus ille in occidentem intueret̄
et cum dies aduenire cepit ſolis fulgo
rem ſummo faſtigio cunctis oſtendit.
et quia non ſimilis ingenij res viſa eſt
requirentibus autorem domino conſi
tetur. et tunc intellectū eſt quanto do/
minorum ingenia ſeruilibus preſtarent
data ergo venia ſeni filioqꝫ eius regē
ſtratonem creauerunt. poſt quē ad fi/
lium regnū tranſlatum eſt. et ad nepo
tes et quia celebre fuit facinus ſeruoꝝ
toto orbe. ideo allexander magnꝰ vi/
tor publice ſeueritatis omnes qui pre/
lio ſuperfuerunt quando ſcilicꝫ eos ex
pugnauit ob memoriam veteris cedis
crucibus affixit expugnata eorum vrbe
genus tantū ſtratonis inuiolatū ſerua
uit regnum ſtirpi eius reſtituit. De
natura ſeruoꝝ. vide infra in tercia par
te p̄cepto. xxiiij. et infra in quarta par/
te p̄cepto. xlvj. Cum ſeruus fueris.

Tricesimumoctauū prece/
ptum prime ꝑtis metrice.

rumq; incidere conſueuit videlicet v/
trum ſit melius diuitias conſeruare et
retinere q̄ eas cōtemnere vel abijcere
Ad hoc reſpondent religioſi ꝙ melius
eſt eas contemnere vel abijcere q̄ con
gregatas conſeruare. et adducunt pro
parte ſua duas leges. vnā enunciatiuā.
Math. xix. Uade ⁊ vende omnia que
habes et da pauperibus et habebis the
ſaurū in celo. Aliam aplicam prima ad
thimo. vj. Qui volunt diuites fieri inci
dunt in temptationē et in laqueos dya
boli et deſideria multa que mergūt ho
mines in interitū. ¶ Econtra ſeculares
dicunt ꝙ melius eſt diuitias retinere.
q̄ eas contempnere vel abijcere. quia
multe elemoſine inde fieri pñt. et addu
cunt ꝓ parte ſua duas leges. vnā enun
ciatiuam que luce. xvj. habetur. Facite
vobis amicos de māmona iniquitatis.
Aliam apoſtolicā. ſcd̄a ad corinth. ix.
qui ſeminat in benedictionibȝ. de bene
dictionibus et metet. ſcilicet vitā eter/
nam. ¶ Iudex autē noſter auditis
allegationibus hincinde ꝓpoſitis. dat
ſententiam interlocutoriā. dicens illud
Math. xix. Diues difficile intrabit re/
gnum celoꝝ. Facilius enī̄ eſt camelum
per foramen acus tranſire q̄ diuitem
intrare in regnum celorū. et intelligit̄
de illis diuitibus qui totum cor in di/
uitijs congregandis et retinendis po/
ſuerunt. hos tales monet dauid pro/
pheta dicens. Diuitie ſi affluent nolite
cor apponere quod oſtendit auguſtinꝰ
tribus de cauſis. quare non debemus
cor apponere. ¶ Prima quia ſunt ma/
teria multarum iniquitatum. vnde di/
cit ꝙ omnis diues aut eſt iniquus aut
heres iniqui. ¶ Secūda quia decipiunt
nec attendunt quid ꝓmittunt. promit
tunt ſecuritatē et dant timorem. ſatieta
tem et dant eſuriē. ſtabilitatē et dant
ſubitaneam directionē. ¶ Tercio quia
inequaliter ſe habent. nam vnus habet
ad ſuperabundantiā. alius ad ſufficien
tiam. alius ad neceſſitatem extremam.

C

alius habebit ad totalē penuriā. ¶ Pro
ſecundi etiam metri intelligentia quo
ad moralem intellectū eſt breuiter ſcien
dum ꝙ ſuperflua ſollicitudo tempora
lium ſiue labor in damnum redundare
dicit̄. quando mortalis creſcit inde ege
ſtas. et tunc fit quādo humani generis
inimicus. primo hominem ſollicitat vt
ſibi neceſſaria acquirat ſicut deus vide
tur permiſiſſe. genī. iij. In ſudore vultꝰ
tui veſceris pane tuo. habitis neceſſa/
rijs ſollicitat vt ſuperflua querat. que
ſollicitudo diſſuadit̄. ad philippenī. iij.
Nihil ſolliciti ſitis. vnde criſoſtomus.
Sollicitudo deſpationis eſt filia habi
tis neceſſarijs ⁊ queſitis ſuperfluis ſol
licitat vt per vſuras et rapinas nociua
querat. ¶ Notandū tamen ꝙ triplex
eſt ſollicitudo. ¶ Prima eſt quā facit
caritas. de qua dicit ad roma. xij. Qui
preeſt in ſollicitudine. ¶ Secunda quā
facit neceſſitas. hec aūt licita eſt et per
miſſa. ¶ Tercia eſt quā facit cupiditas.
de hac duplici dicit glo. In ſudore vul
tus paratur panis. ſed labor excercen/
dus eſt ſollicitudo collēda timentes ꝑ
turbat dum timet ne aut poſſeſſa diſpa
reant. aut elaborata non contingant.
¶ Prima precipitur. ſcd̄a permittitur.
tercia ꝓhibetur. ex eo ꝙ celeſtia tem/
poralibus poſtponūtur. et ideo talis la
bor fit tunc in damno. et inde mortalis
creſcit egeſtas ne dum temporalis ver
etiam ⁊ eterna ſcd̄m ꝙ autor noſter in
hoc metro ſecūdo oſtendit et declarat
dum dicit. Cū labor in damno. ¶ Pro D
huius etiā partis declaratione dicit au
guſtinus ꝙ quidam fuerunt huiꝰ opi
nionis ſcilicet hominē non debere la/
borare ſed diuine ꝓuidentie ſe cōmit/
tere. fundabant ſe ſuper primo euange
lij verbo Mat. vj. Ne ſolliciti ſitis ani
me veſtre quid manducetis neq; cor/
pori veſtro quid induamini ⁊c. hijs au
tem reſpondit augꝰ. dicens. Si adeſt
temporis facultas debemus victu labo
rando acquirere. alias ſi vellemꝰ ſicut

volatilia ſtare hoc eſſet deum tempta
re. Si vero imminet neceſſitas debe/
mus nos diuine ꝓuidẽtie cõmittere et
tunc nos paſcet ſicut aues. et ponit ex
emplum in paulo et petro. paulus qui/
dam mortem fugijt et tamen xp̄s pe/
trum a vinculis liberauit. paulus enim
hũano auxilio euadere poterat. et ideo
ſi voluiſſet, diuinũ explorare auxilium.
hoc fuiſſet temptare deum. petrus au/
tem carebat auxilio hũano. et ideo cõ/
mittebat ſe domino. Sic faciebat qui
dam de quo narratur in vita ſancti Io
hannis elemoſinarij patriarche. legitur
ibidem de duobus calciamenta facien
tibus quoꝝ vnus habebat familiã ma
gnam. nec p ſeipſuꝫ ſine diuino auxilio
ſe et familiã ſuã de arte ſua gubernare
poterat. ideo ſe totaliter deo cõmitte/
bat et ſine intermiſſione eccleſie vaca/
bat. vnde de arte ſua diuino mediante
auxilio familiam ſuam abundanter ale
bat. ¶ Alius vero erat eo ditior qui
nec in deo confidebat nec in eccleſia p
manebat ſed dominicis diebus labora
bat. nec tamen ſeipſum nutrire valebat
Inuidens ergo alteri dixit ei cum ira.
Unde ſic diues factus es. ego vero va
cans arti mee plus deueni in pauperta
tem. Cui alius. inueni precium in terra
et inde factus ſum diues et ſi vis veni
mecum et quicquid inuenerimꝰ accipe
dimidium. Qui cum acquieſceret et ſe
queretur eum euntem ad eccleſiã. ſine
intermiſſione benedixit ei deus et diui
tem fecit. Cui dixit alter. nihil inueni
bam in terra vt eſtimaſti. graciã petij.
ſed quoniam deus dixit. Primũ queri
te regnum dei et hec omnia adicientur
vobis. ideo dixi tibi. ꝙ autem dicit hec
omnia adicientur vobis. non eſt intel/
ligenduꝫ vt dicit auguſtinꝰ ꝙ ſemper
adiciantur. cum apoſtolus de ſe dicat.
in fame et ſiti et in frigore et nuditate.
ſed aliquãdo dantur et aliquando ſub
trahuntur. Eſt em̃ deus vt dicit augu
ſtinus medicus pfectiſſimus qui nouit
quando medicamẽta ſunt apponenda
et quando ſunt ſubtrahenda. cum ergo
apponit ſunt ad graciarũactiones. cum
ſubtrahit ſunt ad ꝓbationẽ virtutis.

## Rethorica ſuper quadra/geſimo precepto.

## Dapſilis interdum.

¶ Attenta varietate temporis et perſo
narum qualitate premiſſa nunc ꝓfuſio
ribus eſt vtendũ ſumptibus nunc mo
derationibus reſtringendũ. vt in omni
bus recte tunc circũſpectionis modera/
tione penſata non videaris ſuperfluus
vel auarus. Hec autem omnia ꝓuideas
vt caritatis non pretermiſſo ordine li/
beralitatis tue copias non ſic effundas
in alios vt poſtmodum tarde penitens
videaris egere penitentia ſerotina tan
dem recolens te ꝑuertiſſe rationis or/
dinem corde meſto. Cum fueris felix.

## Quadrageſimũ preceptuꝫ prime partis metrice.

Dapſilis interdũ ſis no
tis et caris amicis.
Cum fueris felix ſem
per tibi proximus eſto. A

¶ Preſens preceptum eſt vltimum
preceptũ prime partis metrice. et con/
uenit cum. xlvj. pſe precepto. Raro cõ
uiuare. In hoc tamen differt ab illo. qꝛ
in illo ꝓſaico fit mentio de conuiuij ra
ritate fienda que excludit intemperan
tiam guſtus ⁊ includit ſobrietatem que
eſt pars temperantie ⁊c̃. In iſto vero
precepto dei cultor informatur quo/
modo poſſit amiciciã generataꝫ conſer
uare. quod fit p temperaciã ſeu mode/

ratam dapſilioꝝ largitatem cum dicit
Dapſilis interduꝫ ꝛc̃. quaſi velit autor
innuere ꝙ debes te notis et amicis de
tentius exhibere. et carum beniuolum
preſtare. et tibiipſi etiã circa tuam per/
ſonam prouidere dum potes. et ſcōm
apoſtolũ ad epħ. v. c. Nemo carnẽ ſuã
odio habere debet. et hoc Cum fueris
felix. idest in felicitate poſitꝰ. Eſto dap
ſilis interdũ. dapſilis eñ grece largus
dicit̃ latine vel humanus. dapſilis pro
prie largus in dapibus dicit̃. hoc eſt in
epulis. Notis idest cognitis. Et carus.
ideſt caritatiuꝰ amicus. vt eos caritati
ne ꝯtractes. Dicitur eñ dapſilis a dan
do et carus ab amando. Et eſto ſemꝑ
proximus tibi. hoc eſt dicere ꝙ preci/
pue tibi benefacias et prouideas. multi
eniꝫ ſunt diuites intantũ auari ꝙ ſuas
nō poſſident diuitias: ſed a diuitiis poſ
ſidentur. Unde oratius. ſeruit habens
habitis nec habet ſed habet̃ auarus.

Hoc preceptum vltra ea que dicta
ſunt exponi poteſt dupliciter ſcōm du
plicem intellectũ inde inſurgentẽ viꝫ.
litteraliter ꝛ moraliter. Primo litte/
raliter vt dicat̃. Cum fueris felix. expo
nitur cōmuniter per grãmaticos. ideſt
diues. Ubi ſciendum ꝙ diuitie ſi non
comitent̃ eas nobilitas et potentatus
non faciũt hominẽ felicem. vnde phȳus
vocat diuitem ignobilẽ. fortunatum.
inſenſatum. infelicem. ſimilis expoſitio
quãtum ad hoc habetur ſupra ꝓcepto
xviii. Cum fueris felix ꝛc̃. Sequitur in
B ſcōo metro. Semꝑ tibi ꝓximus eſto.
ideſt facere tibi debes bonũ circa tuaꝫ
ꝑſonam neceſſariũ eſt et expediens vt
eſt dictũ. Hoc eſt cōtra multos di/
uites auariſſimos in ſeipſo egens qui
dum filios ditare querũt male come/
dunt male bibunt ꝛ vix dormire que/
unt. et dum aliis cōgregant ſeipſos con
ſumunt. In hoc ſimiles ſunt galline
et aquile que ſic afficiunt̃ amore pullo
rum vt nihil quaſi comedũt et ſuam vi
tam negligant in filiis ſuis omnia dere
linquant. vnde videmꝰ ꝙ gallina ince

dit tota hiſpidа et ſuper voce rauca et
tamen quãdo pulli adulti ſunt a paren
te diſcedunt nec de ea aliquã curam ge
runt. tales ſimiles ſunt febre cōtinua la
borantibꝫ et maxime vſurarii. qui qua
libet die qualibet nocte qualibet hora
quolibet momẽto ꝛ quolibet feſto pec
cant. ceteri vero peccatores interpella/
tionem faciunt in peccatis. Iſta febris
continua ſcilicꝫ auaritia cito hominem
occidit. quia tollit ea que ſunt cauſa vi
te ſcilicet cibum et ſomnũ et quietem.
auarus eñ vt eſt dictum amore filioꝝ
non audet comedere. Eccleſiaſtici. xiiii.
Non ſaciabit̃ pane et indigens ꝛ in tri
ſticia erit ſuꝑ menſam ſuã non poteſt
etiam amore filioꝝ dormire Eccleſia/
ſtes. ii. Cuncti dies eius doloribꝫ et e/
rumpnis pleni ſunt nec per noctẽ men
te requieſcit. Et ꝓuer. iiii. Non eñ dor
miunt niſi male fecerũt. nec capit̃ ſom
nus ab eis niſi ſupplãtauerint. nec etiã
amore filioꝝ poteſt requiem habere.
ſed die ac nocte eſt in labore et fatiga
tione Iere. xlix. ꝓ ſollicitudine quieſce
re nō potuit. Auarus autem tanq̃ con
tinua febre laborans parũ viuit. ſed lar
gus et liberalis multum. ꝓuer. xxviii.
Qui odit auariciã longi fiunt dies eiꝰ.
Reuera talis qui amore filioꝝ et pecu
nie poſtponit amorem ꝓprie perſone
non eſt ſibi ꝓximus et contra autoris
preceptum facit dum dicit. Cum fueris
felix ſemper tibi ꝓximus eſto. Uel ali
ter quo ad litteralem intellectũ expo/
nere potes vt dicat̃. Cum fueris felix.
quaſi velit dicere. cum fueris in ꝓſperi
tate vel dominio conſtitutus taliter te
habeas cum amicis et ꝓximis vt tem
pore neceſſitatis tibi ſuccurrant. ita vt
te et filios in ſtatu vel dominio ſaluẽt
et ſalueris per eos ita tamẽ vt ſemper
ſis tibi ꝓximus. nec tamen ꝑ hoc ne/
gligas iuſticiã per quã pollicia conſer
uatur in amicos cum expedit exercere
Hoc facere docet philoſophꝰ ſeptimo
politicoꝝ. vbi exponit decem que pol
liciam ſeu dominiũ ſaluãt et conſeruãt.

Primo non ꝑmittere trãſgreſſiones etiã paruas quia qui minima negligit paulatim defluit. Secũdo bene vti illis que ſunt in regno vtz ſubditos hono rando eos ꝓmouendo. eis nõ iniurian do. ſed debito modo ſe circa eos in om nibus habendo. Tercio non ꝑmittere turbatões et guerras et ſeditiones in ter nobiles. quia tunc diſſipat̃ dominiũ qđ contrariũ facit tyrannus ſcđm phi loſophum. v. pollitico℞. quia ciuitates tenent diuerſas. necnõ et omnes ciues inter eos eſſe diuiſos ad hoc ꝙ tãtum habeant facere ꝙ non contra eũ inſur gere valeant. ita ꝙ de ſeinuicẽ confide re non ꝓſumat. Quarto ꝙ ſciat quali ter illi qui ſunt in officijs conſtituti ſe habeant in eiſdẽ. quia ſi male ſe habe ant ſunt ſtatim amonendi. Si autẽ be ne ſunt relinquendi hoc multũ facit ad conſeruationẽ regni. Quinto nõ confer re alicui de ſuis ſubditis nimis magnũ dominiũ. quia quãdo ſe vident in ali quo magno officio vel dominio taliter ſublimati cum neſciãt vt plurimũ bene ferre fortunas. ¶ Alijs plerumqz iniuri antur et faciũt que non debent. Sexto intueri timorẽ illis de regno ꝙ timorẽ habeant de bellis exteriorib₃. quia per hoc ſaluabit̃ pollicia. ¶ Etiam ſaluatur quando princeps timet. quia tunc meli us poteſt regere et ſibi melius obedit̃. Septimo quãdo habet amorẽ et dile ctionem ad illos quos regit. quia tunc magis timẽt ꝙ non accedat aliqđ per qđ pollicia deſtruat̃. quia vnuſquiſqz magnã curam habet de eo quod amat Octauo ꝙ habeat ciuilem potentiam. quia tunc melius põt ſeruare iuſticiam que quidã iuſticia vrbanitates ꝯſeruat ſcđm philoſophũ in magnis moralib₃ Nono ſcire pollicíã per quam regit et ſcire ea que habent regimẽ conſeruare et regimẽ deſtruere. Decimo ꝙ ſit vir tuoſus. qꝛ tanto magis virtus requiri tur quãto homo in maiori ſtatu verſa tur. et ſpecialiter eius virtꝰ extendere ſe debet circa bonũ regimen ſubdito℞

quia tunc populꝰ libentiori animo ſibi obedit. Et ſic pollicia obſeruando fit ſi bi ꝓximus ꝙ eſt autoris preceptũ ob ſeruare. Et deus cuiꝰ prouidentia om nia regunt̃ in bono ſtatu ipm conſer uat. Sic ꝯſuare dignet̃ in ſuo feliciſſi mo ſtatu et dominio magnificũ domi num meũ dominũ franciſcum de carra ria dominũ padue ꝛc. vna cum domio franciſco amori eius nato ſingulariſſi mo vtiqz domino meo per tẽpora lon gioꝛa amen. ¶ Scđo poteſt exponi moraliter vt dicat̃. Eſto tibi ſemꝑ ꝓxi mus. quaſi velit dicere ꝙ ſemꝑ debes eſſe tibi ꝓximus dum in hac vita pre ſenti deges. vt ſcilicet diuitias tuas te neas pro celeſtib₃ cõmutes. Et ad hoc nos hortat̃ gregꝰ. moralium. xviij. di cens. Agendũ nobis eſt vt res abſolu te ꝑituras et non pereũtem cogamus tranſire mercedẽ. terrena enĩ ſeruando amittimꝰ. largiendo ſeruamꝰ. patrimo nium noſtrũ retentũ perdit̃ et manet erogatũ. Sciant quoqz diuites nõ poſ ſe ex hoc mundo ſecum ferre diuitias. Vñ idem gregꝰ. illud iob. xxvij. Diues cum dormierit nihil ſecũ auferet. ſic di cit. diu cum rebus noſtris durare non poſſumꝰ. qꝛ illas aut moriendo deſeri mus. aut ille nos viuentes quaſi deſe runt ꝑeundo. ideo eas in celeſtibus re condamus pauꝑibus videlicet erogan do. Cum ſint latores noſtri ad celũ de ferentes que ſibi dant̃ quo ad fructũ ait augꝰ. libro primo ſermone. xxxvij. Ideo voluit deus vt eſſent aliqui pau peres quib₃ elemoſina preberet̃ vt re gnum celo℞ eſſet venale. ait gregorius ſermone. xxxvj. Hoc fecit paulus qui quondam diues ꝓpter regnum celo℞ acquirendum diuitias reliquit. et eas propter chriſtum pauperibus eroga uit. actuum nono. j. q. ij. §. verum. Ideo Luce. xvj. dicit dominus. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. vt cũ defeceritis recipiant vos in eter na tabernacula. xliij. q. v. §. Sed adhuc

¶ Circa primū eſt ſciendū ꝙ autoꝛ
inducit dei cultoꝛē ad virtutē gratitu
dinis. et inde ad benefiscioꝝ exhibitio/
nem dicens. Ne dubites ꝛc̄. quaſi velit
innuere ꝙ alacri animo tribuere debes
que tranſitoꝛia ſunt et mūdana. ad hoc
vt valeas amicū fidelem necnon et ſo/
cium virtuoſuꝫ inuenire. et hoc eſt qđ
dicit. Ne dubites impēdere. ideſt dare
vel largiri Parua. ſcꝫ mūdana ꝛ vilia.
Cum petas magna. vtpote amiciciam.
Etenim pro quia. gratia. ideſt amicicia.
Coniungit. ideſt aſtringit. Hijs rebus.
ideſt datis et acceptis muneribꝫ. caros
ideſt amicos ſubaudi. nam pater et fili
us dando et accipiēdo adinuicē magis
ſunt amici et fiunt. ¶ Pro huius primi
litteralis et mūdialis intellectus decla
ratione eſt ſciendū ꝙ amicicia tam no
bilitate ꝙ̄ʒ vtilitate maioꝛ eſt quā ſint
tēpoꝛalia vel coꝛpalia vt ſunt diuitie.
Ratio q2 amicicia eſt res ſpūalis que a
re ſpūali naſcitur. ſcꝫ ab anima. Spūale
autē precedit tpale et coꝛpoꝛale vt colli
gitur ex decre. inter coꝛpalia. de trāſla.
ꝓla. extra. et nō ſolum ꝑcellit res coꝛpa
les. verū etiam multas res ſpūales. vñ
eccleſiaſtes. vj. ſcribit̄. Amico fideli nul
la eſt compatio. Vñ tullius in libꝛo de
amicicia. omnibꝫ rebus humanis ante
ponenda eſt amicicia. Hoc etiam ꝓbat
ariſtoteles. viij. ethicoꝝ. in prin. multis
rōnibus. vbi ait ꝙ potentat9 et princi
patus poſſidentibꝫ videt̄ amicis maxi
me opus eſſe. Sic ergo in compatione
amicicie et rerum coꝛpoꝛabiliū amicicia
dicit̄ res magna. et res coꝛpalis dicitur
eſſe parua. et hoc eſt ꝙ ſine dubio quā
tum ad hunc intellectū intendit autoꝛ
dum dicit. Ne dubites impendere par
ua. ideſt res coꝛpales que ſunt pue re/
ſpectu amicicie. nam impendendo hec
parua allicies eos ad tuā amiciciam et
amoꝛē. et ꝓ tanto ſubiungit. Hijs etenī
rebus cōiungit gratia caros. ideſt ami
cos. ¶ Pro ſecūdi moꝛalis intellect9
declaratōe optime facit qđ ſcribit iaco
bus de vitriaco. Narrat enī ꝙ fuerunt
duo amici quoꝝ vnus ſcribebat omīa
beneficia ab amico recepta. alius vero
ſolū ſcribebat beneficia q̄ alteri impen
debat. et breuiter dū magna altricatio
eſſet inter eos qui magis diligeret. quia
vnus dicebat vicꝫ ille qui ſcribebat be
neficia recepta. vt videns in illo libꝛo
beneficia a te recepta nunq̄ʒ te derelin
quam. ſemp te diligā. et nunq̄ʒ ab ami
cicia tua diſcedā. Dicebat alius ad eum
bene dicis. ſed ad hoc tibi ratiōabiliter
reſpōdebo. et ego ſcribo beneficia que
tibi impendo nō vt ea tibi impꝛoperā
ſed vt ea ꝑlegens te in amicicia conſer
uem. ne tot et tanta beneficia perdam
ambobus in hac altricatōne exiſtenti/
bus cuidam phō ſe pariter cōmiſerunt
et per phm taliter fuit diffinitū ꝙ ſe/
cundus melius faciebat. ſicut et verū
eſt. ſcꝫ ꝙ beneficiat9 plus tenet̄. B
¶ Sic moꝛaliter in ꝓpoſito deus infi/
nita beneficia fecit nobis ꝛ quotidie fa
cit et omīa ſcribit nō vt ea impꝛoperet
ſed vt vidēs tot et tanta beneficia im
pendiſſe non de facili nos ꝑdat. ſed in
amicicia ſua nos in perpetuū conſeruet
et niſi quis deſpet ab eius non ſeparat̄
amoꝛe. Intantū enim nos dilexit. vt fi
lium ſuū vnigenitum daret Joh. iij. vt
nos de ſeruitute dyaboli liberaret. nos
vero in libꝛo cōſciencie bñficia magna
a deo impenſa ſcribere debem9 vt ea
ꝑlegentes ſalutis beneficiū a deo recog
noſcamus. q2 non fuerunt munera par
ua. ſed ſumma. nō vilia. ſed ꝑcioſa. non
coꝛruptibilia. ſed ꝑmanentia. nō tranſi
toꝛia. ſed eterna. O liberalitas ſumma
qui illis quibus pꝛimo in paſſionē tradi
derat mūdum. poſtea ne aliqd deeſſet
tradidit ꝓpꝛium filiū. et per cōſequens
dedit ſeipm̄. cum ipſe cum filio ſit vnū
Jo. xiiij. Quis ergo tam ingrat9 qui ꝓ
eius amoꝛe ꝓ tanto et tā immēſo dono
nō debeat ſe et ſua eidē liberalit̄ trade
re. Hoc eſt ꝙ vult autoꝛ quātū ad hoc
dicere dū dicit. Ne dubites ꝑua ſcꝫ tpa
lia pꝛo eius amoꝛe paupibus erogare.

Cum reuera adeo parua ſunt ꝙ animã
vnam nequeãt ſaciare. neqꝫ de diuino
iudicio quantũcunqꝫ ſit dites liberare
poſſint. Sunt eĩ tꝑalia reſpectu eter/
noꝝ tanq̃ punctum ad circumferen
tiam. Unde in huius ſignũ ſaluator no
ſter dicebat illud qđ ſcribiť Luce. xix.
Euge ſerue bone et fidelis quia in pau
ca fuiſti fidelis ſuꝑ multa te conſtituã.
Funde ergo nunc ſcꝫ in vita p̃ſenti di
cit aug9. ſcilicet tꝑalia que habes pau
peribus vicꝫ erogando. et accipies tũc
ſcꝫ poſt hanc vitã quod nõ habes eter
na premia poſſidendo. Ad hoc autẽ vt
parua noſtra munera. ſcilicꝫ elemoſine
ſint deo accepta. quatuoꝛ ſunt penitus
neceſſaria. ¶ Primũ eſt vt homo illud
offerat voluntati hylari. Scđm eſt vt
offerat voluntati cõcordi. Tercium eſt
vt offerat animo liberali. Quartũ eſt
vt offerat volũtate fideli. ¶ Debe/
mus primo elemoſinas noſtras que re
ſpectu eternoꝝ ſunt parue ꝓpter deuꝫ
paupibus impendere ſeu offerre vo/
luntate hylari. Ad hoc faciendum nos
monet apl'us. ij. ad chorinth. ix. dicens
Hylarem datorẽ diligit deus. trãſump
tiue in. §. ex hiis omnibus. xxiij. q. vj.
Sed ꝓh dolor reperiunť hodie multi
qui hylaris dant dyabolo mun9 maxi
mum q̃ chriſto vnum obulũ. libentius
ioculatori q̃ pauperi. Cum tamen ſm
canones donare res ſuas hiſtrionibus
ꝓhibituꝫ ſit. quia viciũ eſt immane. vt
trãſumptiue aſſerit aug9. ſuper ioh. in
parte ſcđa in canone donare. lxxxvj. di.
Utrum autẽ blanditoꝛibꝫ et hiſtrioni/
bus donare ſit pccm moꝛtale. vide ſuꝑ
in hac parte p̃cepto. xxvij. Noli homi
nes blando ꝛc. et tractať in vltimo q̃ſi
to. ¶ Scđo debemus munera par
ua impendere. ideſt elemoſinas ꝓpter
deum paupi offerre volũtate concordi
non eĩ deus parua pte impenſa accep
tat ſi cum odio offeras ⁊ ſi cum proxi
mo pacem nõ habeas. Exemplo abel ⁊
caym. de quibꝫ geneſis. iiij. ſcribiť. et re
citantur verba trãſumptiue in canone.

neqꝫ. ix. di. Ambo eĩ domino munera
obtulerunt. ſed munera abel dñs accep
tauit ꝓpter mentis concoꝛdiã. Obla/
tionem vero caym refutauit. ꝓpterea
qꝛ habebat ad fratrẽ inuidiam. ꝓpte/
rea offerenti diciť illud Math. v. Si
offers mun9 tuũ ad altare et ibi recoꝛ
datus fueris qꝛ frater tuus aliquid ha
bet aduerſum te. relinque munus tuũ
ante altare ⁊ vade prius recõſiliari fra
tri tuo. ¶ Tercio debem9 parua mu
nera ĩpendere. ideſt elemoſinas offerre
animo liberali. Eſt eĩ voluntas libe/
ralis quãdo homo non ſolũ dat libenť
ſed dat quantũ poteſt. Iuxta illđ tho.
iiij. ſi multũ fuerit abundanter tribue.
Si autẽ exiguũ etiam illud modicũ li
benter impertiri ſtude. ⁊ qui nihil habet
nihil dare põt. j. q. vij. dayhertũ. Sed
non debem9 impendere deo qđ dedi
gnatur homo. vt in canone ſacerdotes
vt. xlix. di. et. xvj. q. vij. omnes decime.
nec etiam ſolũmodo verba deo impen
dere debemus. qꝛ diciť verba dediſtis
verba recipietis. xij. q. j. §. ad hec. vnde
verſ9. Res dare ꝓ rebus pro verbis
verba ſolem9. ¶ Quarto pua mu
nera impẽdere debemus volũtate fide
li. Quid ei eſt fideliter dare niſi vt nec
plus nec minus de grano et vino et
fructibus arboꝝ decimas offeram9 vt
xvj. q. vij. quicunqꝫ. quia ſi tardi9 dare
peccatũ eſt. quãto magis peccatũ eſt nõ
dediſſe. xvj. q. j. decime. ij. ¶ Sciendũ
tamẽ eſt nobis ꝙ quanq̃ ſm canones
tria ſunt genera elemoſinaꝝ vna coꝛ/
poralis. ſcꝫ egenti dare quicqd poteris
Alia ſpũalis. ſcꝫ dimittere a quo leſus
fueris. Tercio delinquẽtes corrigere et
errantes ad viã reducere veritatis. vt
in canone tria ſunt. xlv. di. tamẽ beatus
tho. ſcđa ſecũde. q. xxxij. omnes elemo
ſinas reducit ad duo genera elemoſi/
narũ. dicẽs ꝙ omniũ elemoſinaꝝ que
dam ſunt coꝛpales. quedã vero ſpũa/
les ſunt. Coꝛpales ſunt ſeptẽ opa miſe
ricoꝛdie vicꝫ eſurientẽ paſcere. potare
ſicientem, veſtire nudũ. recolligere ho

xxvi. ¶ Scd̄o ꝓbatur naturali exem
plo. dicunt aſtrologi ꝙ eclipſis ſolis
multū grauat oculos intuentiū. et quā
do eclipſis fit in aſcenſu ſolis plus no/
cet et eſt malum ſignū ¶ Sic moraliter
licet peccatū omni ratione ſcandali ſit
offenſiuū. tamē peccata doctoꝝ et pre
latorum qui ſunt in aſcenſu dignitatis
plus nocent. quia magis ſubditos ſcan
dalizant. vt patet ad ſenſum. ¶ Cum
eñ heretici cōmunicantur ſcripturis et
rationibꝫ non habēt fortius argumen
tum ad defenſionē erroris ſui et ſim/
plicium ſubuerſionē ꝙ̄ quando exem/
pla mala catholicoꝝ et maxime docto
rum et prelatoꝝ vident tunc animātur
et confortant̄. ergo ad modū poteſta/
tum habeat doctor actū qui eſt refrena
tio demonū aduerſarioꝝ. Iuxta illud
iacobi. iiij. c. reſiſtite dyabolo et fugiet
a vobis. contrariū ergo facienti poteſt
dici cum autore. Turpe eſt doctori ꝛc.
¶ Quinto doctor ſeu alioꝝ rector ad
moduꝫ principatuū debet habere actū
ſeu ꝓprietatē que eſt directa guberna/
tio hominū ſibi cōmiſſoꝝ per dilectio
nem feruentē et precipue in ſubditoꝝ
cuſtoditione ſeu gubernatiōe. vnde re
ctor quilibet diligere debet quoſcunqꝫ
et ſpecialiter ſibi ſubditos ſicͣ pater et
mater vnicū amant filiū. Unde bern̄.
ſup̄ cantica dicit. Diſcite ſubditoꝝ ma/
tres vos eſſe debere nō demones ſtu
dete magis amari ꝙ̄ timeri. et ſi inter
dum ſeueritate opus eſt paterna ſit nō
tyrannica. matres fouēdo. patres corri
piendo vos exhibeatis ¶ Suſpendite
verbera. ꝓducite vbera. ⁊ pectora la/
cte pingueſcūt. ergo habeat doctor ſeu
rector ad modū principatuū actum qui
eſt directa gubernatio hominū ſibi cō
miſſorum ꝑ dilectionē feruentem preci
pue in ſubditoꝝ cōpaſſione. Iuxta illō
ad hebre. v. Omnis pontifex ex homi
nibus aſſumptꝰ pro hominibꝫ conſti/
tuitur. Contrariū ergo facienti dici po
teſt cum autore. Turpe eſt doctori ꝛc.
¶ Sexto doctor ſeu alioꝝ rector ad
moduꝫ dn̄ationum debet habere actū
et ꝓprietatem qui eſt p̄cellens impera
tio ſpirituū inferioꝝ per ꝓprij ſpiritus
et carnis ſubiectionē a vicijs expugnā
dis. nā caro ſuggerit ſuauia. et ideo con
tra eam tanꝙ̄ contra domeſticū inimi
cum vtiqꝫ eſt cauendum ¶ Iuxta illud
michee. vij. ab ea q̄ dormit in ſinu tuo
cuſtodi te. Et ap̄lus ad roma. xiij. ca.
Curaꝫ carnis ne feceritis in deſiderijs
ſuis. quam ſuauitas carnis conſuetudinē
inducit. De quo ſanctus augꝰ. in enchi
ridion. c. xv. loquit̄. peccata quāuis ma
gna ſint et horrenda cū in conſuetudi/
nem venerint. aut parua aut nulla eſſe
credent̄ vſqꝫ adeo non ſolū occultan/
da verꝫ etiam p̄dicanda et diffamanda
eſſe vident̄. ¶ Itē ceſarius in quodā
ſermone habet hoc infelix conſuetudo
vt quāto amplius quis peccauerit. tan
to minus ipſa peccata intelligat et tāto
plus eum peccare delectat. Et augꝰ. ſu
per pſal. lxxxix. Omne peccatū conſue
tudine vileſcit et neſcit homo quantū
ſit. Et gregꝰ. in regiſtro ¶ Si praue rei
anteꝙ̄ vileſcat additus non claudat̄ fit
latior et erit cōſuetudine licitum quod
cōſtat eſſe ratione ꝓhibitum. ergo ha
beat doctor ad modū dn̄ationum actū
qui eſt p̄cellens imꝑatio ſpirituū infe/
riorum in ꝓprij ſenſus ſpūs et corpis
ſubiectionē et in vicijs expugnādis vt
dicere valeat cum apoſtolo prima ad
chorinth. ix. Caſtigo corpus meū et in
ſeruitutē redigo. Contrariū ergo faci/
enti dici pōt ei. Turpe eſt doctori ꝛc.
¶ Septimo doctor ſeu alioꝝ rector
ad modum tronoꝝ debet habere actū
ſeu ꝓprietatem tronoꝝ qui eſt iudica
tio et correctio hominū peruerſoꝝ per
equitatis et iuſticie rigorē. Unde bern̄.
ad eugeniū papam. vt prauos viriliter
iudicaret hoc expectat et petit a te ma
nus tua. hoc ſuſpirant filij matris tue.
ergo ad moduꝫ tronoꝝ doctor habeat
actū qui eſt correctio ⁊ iudicatio homi
num ꝑuerſorū ꝓpter rigorē equitatis
et iuſticie indelinquētes homines puni

endo. pſ. Letabitur iuſtꝰ cum viderit
vindictam. Contrariū facienti dici po/
teſt eidem. Turpe eſt doctori ⁊c̄.
¶ Octauo doctor ſeu rector alioꝝ ad
modum ſpirituū cherubicoꝝ debet ha
bere actū ſeu ꝓprietatem q̄ eſt intellec
tuatio ſeu cōtemplatō occultoꝝ potiſſi
me diuinoꝝ ꝓpter ſplendorē veritatis
ſumme. ¶ Nono vt iſta duo accipi
antur cōiunctim doctor ad modū ſpiri
tuum ſeraphicoꝝ debet habere actum
ſeu ꝓprietatem que eſt dilectio et ama
tio incendioſoꝝ animorum ꝓpter dile
ctionem ardiſſimā caritatis. O quā vi/
ua eſt illa contemplatō ac etiā dilectio
diuinorū que eſt de ipſo gratuito cetu
erumpit. et que ex totis medullis cor/
dis in deū ſalit. et ſup omnia deum dili
git et propter ſe. Jo. iiij. Qui biberit ex
aqua quā ego dabo ei. fiet in eo fons
aque ſalientis in vitam eternam.
¶ Circa ſcd̄m principale ⁊c̄. dicit augꝰ.
ꝙ ſi ea in mente reꝑhendis que repre
hendenda nō ſunt. teipm̄ potius ledis
q̄ꝫ me. Exemplo illiꝰ qui arcum tendit
qui tendendo vulnerauit ſeipm̄. ¶ Sic
reuera aliqͥ ſunt qui dum alios volunt
corrigere a ſeipſis ledunt. ¶ Sunt etiā
quidā qui omnes reꝑhendere volunt.
ſed ab hijs reꝑhendi nolunt. tales ſunt
ſicut vermiculi qui quantūcunqꝫ pene
trant durū lignū. tamen cum tangūtur
modicū per impacientiā crepant.
Sunt etiam nōnulli ſubditi ita in mali
ciis indurati ꝙ nullo modo corrigi vo
lunt nec etiā emendare ſeipſos iſti ſunt
vaſi terreo ſimiles. qui nunq̄ꝫ reparat
ſi frangatur. faciendū eſt igitur ad con
ſilium hiere. xix. vbi dicit̄ ſic. conteram
populum iſtū ſicut conterit̄ vas figuli
¶ Quare autē tales non corrigunt̄ du
plex eſt ratio demonſtratiua. ¶ Prima
eſt quia nunquā bene corrigit librū qui
dorſum vertit ad exemplar. Exemplar
omnis boni eſt deus. ꝑuerſi vertunt ei
dorſum. Vñ ꝑuerſi dicunt̄ quaſi auerſi
ideo difficiliter corrigūtur. quia ſcd̄m
auguſtinū. Peccatum nihil aliud eſt q̄ꝫ
quedam auerſio a bono incōmutabili
bono cōmutabili inherere. ¶ Scd̄a
ratio eſt qꝛ reſpiciēs in exemplar ſolū
in ea parte in qua eſt corruptum nunq̄ꝫ
corrigit librum ſuū. Sic ſuperiores vt
ſunt doctores et regentes debent eſſe
exemplar minorū. Sed quia ꝑuerſi
non reſpiciunt in ſuperioribus niſi vicia
et defectus que in eis ſunt. ideo diffici
liter corrigūtur. ¶ Circa terciū prin
cipale ⁊c̄. Nota differentiā inter corre
ctionem ſapientis et fatui. quia fatuus
impetuoſe et ſubito vult corrigere qd̄
eſt valde ꝑiculoſum. Sed ſapiens cor
rector differt et reſeruat correctionem
vſqꝫ ad tempus optimū quod eſt val
de congruū. Vnde caſſiodorꝰ ſuper il
lud pſalmi. Jraſcimini et nolite peccare
dicit feſtinata vindicta non poteſt eſſe
in iuſticia reparata ſed ſapiens in furo
rem nō corrigit. Sed tali moderamine
et menſura ꝙ aliquando querit igno/
ſcendi facultatē non vleiſcendi oppor/
tunitatem. Exemplo illius philoſophi
de quo facit mentionē hieronimus in
ep̄ſa ad paulinū. qui rediens de ſcolis
et inueniens ruſticū qui bona ſua cuſto
dierat et ea penitus inueniens deſtru/
cta ait illi. Si iratus non eſſem ſtatim
de te vindictā expeterē. Vnde gregꝰ.
ſubiectoꝝ vicia aliquādo ſunt pruden
ter diſſimulanda. aliquando ſubtiliter
inueſtiganda. aliquādo breuiter puniē
da. aliquando vehemēter obiurganda
¶ De materia correctionis ſuperio
rum ad inferiores. vide ſuꝑ in. xij. pre
cepto. Familiā cura. ¶ De correctio
ne etiam fraterna. vide ſupra in. ix. pre
cepto prime partis metrice. Cum mo/
neas aliquē. ¶ Nota ꝙ triplex do/
ctor in ſcripturis reperitur quorum qui
libet ꝓprios dicitur habere diſcipulos.
Primus doctor dicit̄ ſophiſta. Scd̄us
dicitur phiſicꝰ. Tercius dicit̄ theolo/
gus. ¶ Doctor ſophiſta eſt dyabolꝰ et
eſt cautus ſophiſticator qui ſuos docet
diſcipulos ſubtilia ſophiſmata.
¶ Hic habet tria genera diſcipulorum.

Primi ſunt ypocrite quos docet alios
decipere ꝑ ſophiſma in quo eſt fallacia
figuredictionis que eſt quando dictio
vnum oſtendit et aliud ſignificat . per
hanc fallaciam ypocrite decipiũt alios.
quia vnũ ſunt intus.aliud autẽ exteri/
us tales etiã ſunt ſimulatores qui vnũ
habent in corde. aliud autẽ exterius in
ore. ¶ De talibus et conſimilibus loqui
tur apoſtolus ad thimo. vj. Habentes
ſpeciẽ veritatis virtutẽ autem eius ab
negantes. hij ſunt qui tranſfigurant ſe
in angelũ lucis. Iſtius ſophiſmatis fal
laciam oſtendit xp̄s Math.xxiij. Ue
vobis ypocrite triſtes ſimiles eſtis ſe/
pulchris dealbatis que a foris apparẽt
ſpecioſa. intus autẽ ſunt plena oſſibus
mortuorum et omni ſpurcicia. ¶ Secũ
di diſcipuli ſunt detractores quos dya
bolus docet alios decipere per ſophiſ
ma in quo eſt fallacia amphibolie.que
eſt quãdo per diuerſam conſtructionẽ
decipitur ignorans . et hoc fit quando
aliquid quod eſt in cõſtructione debet
ante eſſe retro poſtponitur.ſicut patet
in hoc exemplo.video panẽ comedere
canem. per hanc fallaciam detractores
plures decipiunt qui cum detrahunt di
cunt de malo bonũ et de bono malũ .
et ponunt tenebras lucem et ecõuerſo.
et ſic decipiunt auditores qui rei veri/
tatem ignorant.iſtius ſophiſmatis fal/
laciam oſtendit dominus in yſa.v.di/
cens. Ue vobis qui dicitis bonũ malũ
di xj.q.iij.ve vobis. ¶ Tercij diſcipuli
ſunt ſcientie amatores. hos enĩ decipit
dyabolus per ſophiſma in quo eſt fal/
lacia equiuocationis. quod eſt quando
de eadẽ voce ſunt diuerſe res ſicut pa
tet de hac voce homo ſub quo duo cõ
prehenduntur ſcilicʒ homo pictus et ho
mo verus. et ſic homo eſt equiuocum
ſi habeatur reſpectus ad vtrunqʒ. Si
vero habeatur reſpectꝰ ad hominem
verum tantũ vniuocum eſt.ꝛ ſic eſt de
ſapientia dei et ſapientia huius mundi
quia ſapientia dei vera ſapientia eſt.ſa
pientia mundi eſt quaſi ſapientia picta.
ſcilicet accidentalis et fatua.hanc niti/
tur dyabolus oſtendere mũdi amatori
bus veram ſapientiam eſſe et dei ſapi/
entiam nititur oſtendere pictam et fa/
tuam eſſe. ꝓpterea mundane ſapientie
amatores per dictam fallacã a dyabo/
lo decipiuntur. quia credunt fatuam ſa
pientiam dei et ecõuerſo. Iſtius ſophiſ
matis fallaciam oſtendit apoſtolus di
cens illud prima ad corinth.iij. Sapien
tia huius mundi ſtulticia eſt apud deũ
¶ Secũdus doctor eſt phiſicus. ideſt
venter cuius diſcipuli ſunt guloſi et de
licioſi. Unde apoſtolus ad corinth. vj.
Quoꝝ venter deus eſt. Iſte docet di/
ſcipulos duo ſcilicet abſtinentiã et re/
pletionem. Primo docet abſtinere a le
guminibus et a groſſis cibarijs.quia in
flant . ¶ Secũdo docet ventrẽ reple
ri bonis et delicatis cibarijs ac etiã lau
te paratis. Iſtiꝰ ſophiſmatis fallaciam
docet et aſſignat dominus Luce. xxj.
Abſtinete a crapula et ebrietate. Tran
ſumptiue.xxxv.di.in ꝓin. Et in decre.
a crapula. de vi.et ho.clericoꝝ. extra.
xxxv.di. vinolentũ. ¶ Tercius doctor
eſt theologꝰ hic eſt xp̄s benedictus et
quilibet doctor egregius. diſcipuli enĩʒ
eius ſunt paupꝑes quos docet inuenire
triplices diuitias paupertatis. ſcilicet ſe
curitatem. ſanitatem. et thezaurum in/
effabilem. et ideo aſſimulantur tribus.
ſcilicet ſigillo regis. medicine. et arene
infructuoſe. ¶ Primo docet in pau/
pertate inuenire ſecuritatẽ. et ideo aſſi
milatur ſigillo regis in quo eſt ſecuri/
tas nuncio qui ſigillum regis portat et
vbiqʒ per terram vadit ſecure .
Moraliter ſigillum ſiue ſignũ ſummi
regis eſt paupertas. de qua in euange
lio Luce.ij.ca.ſcribitur. Hoc vobis ſi/
gnum erit inuenietis infantem pannis
inuolutum ꝛc̃ . ¶ Quicunqʒ ergo
hoc ſignum portat tanq̃ꝫ nuncius ſum
mi regis ſecure per viã vadit. iuxta il/
lud boecij dictũ . Cantabit fatuus corã

latrone viator.nec etiam ab eis querit
peodagiū.per quod patet ꝙ liberi ſunt
et non ſerui. ¶ Secundo docet in pau
pertate ſanitatem inuenire.et ideo aſſi
milatur medicine in quo latet ſanitas.
hoc figuratum fuit in libro regū.iiij.ca.
v.vbi dicit̃ ꝙ heliſeus docuit naamon
leproſum ꝙ deſcēderet in iordanam et
ibi lauaret ſe ſepties. et ſic reciperet ſa
nitatem. ¶ Per hunc deſcenſum humi
lem paupertatem intelligere debemus
per quā in hoc mundo deſcenditur qui
pauper efficitur quodāmodo deſcen/
dit de magno et alto faſtigio ad ſtatū
infimuȝ in iordane. ergo in paupertate
mundatur homo a lepra ſuperbe am/
bitionis et arrogantie. ¶ Tercio do
cet inuenire in paupertate theſaurū in
effabilem.et ideo paupertas aſſimila/
tur arene infructuoſe ſub qua latet au
rum pcioſum. ſic licet paupertas pluri
mum infructuoſa videat̃. tamen ibi la
tet precioſiſſimus theſaurus regni ce/
tio lorum.vnde Beati paupes ſpiritu quo
niam ipſorū eſt regnum celorū. Math.
v.Luce.vj.ca.xxiij.q.iiij.§.ex his.

## Triceſimū primum prece/ptū prime partis metrice.

**Q**Uod iuſtū eſt petito
vel quod videat̃ ho
neſtum. Nam ſtultū
eſt petere quod poſ/
ſit iure negare

A ¶ Autor in preſenti precepto repe/
tit metrice qđ ſupra in primo precepto
ſcilicet. Itaqȝ deo ſupplica.expoſuit ꝓ
ſayce.verū quia inſtruit ſolūmodo dei
cultorem ad actum latrie deo principa
liter exhibendū. qui quidam fit per pe
titionem ſupplicatiuā non ad alios a/
etus ſe diuertens. Ideo nunc in pſenti
precepto dei cultorem informare inten
dit vt ea cupiat et poſtulare debeat q̄
ſunt rationi conſona et ſaluti humane
pficua.hoc autem inſinuat autor dum
dicit. Quod iuſtū eſt petito. ¶ Pro
declaratione huiꝰ precepti eſt breuiter
attendendum ꝙ quidam querunt ali/
quid et inueniūt. vt ſunt illi qui intelli
gunt qđ querunt.et iſtis dicit̃.querite
et inuenietis.quidam querūt et non in
ueniunt. vt non intelligentes qđ que/
runt.et iſtis dicitur. neſcitis quid peta
tis.quidam nec querunt nec inueniunt
quibus dicitur. qui ignorat ignorabit̃.
tranſumptiue in.§.vt itaqȝ. xxxvij.di.
talia ergo petenda ſunt ab amico que
iuſte negare non poſſit.quoniā iniuſtū
eſt iniuſta petere.et hoc eſt quod dicit
autor.Quod iuſtum eſt petito.Ad hoc
autem vt petitio noſtra iuſta ſit et ho
neſta et ꝑ conſequens exaudiri merea
tur. quatuor ſunt principaliter attēden
da. Primū eſt ꝙ ſit in donante pote/
ſtas.Scđm eſt ꝙ in petente ſit digni/
tas.Tercium eſt ꝙ ſit in re petita vtili
tas.Quartū eſt ꝙ ſit in petitione con/
gruitas. ¶ Contra primum faciunt B
omnes qui petūt aliquod ab eo qui im
potens eſt ad largiendū.quia qui nihil
habet nihil dare poteſt. vt in canone.
ſtatutum.xviij.di.et in canone alberti.
liiij.di. Et de iure patro. quod autē.in
fine. ibi dicitur ꝙ pro non dato habet̃
quod datur ab illo qui dare de iure nō
poteſt. In hoc ſunt valde ſtulti omnes
ydolatre qui petunt a creatura quod a
creatore petere deberent. vnde ſtulti fue
runt ſapientes babilonie et ipſe rex qui
ordinauerunt vt vſqȝ ad tres dies ne
mo ab aliquo deo aliquid petere debe
ret.niſi ab ipſo rege.qui petita dare nō
poterat. nunquid rex poterat infir/
mos curare.leproſos mundare.cecos il
luminare.mortuos ſuſcitare.certe mini
me.a deo igitur petere debemus cum
ſit potentiſſimus ſi aliquo indigemus.

Unde in prima canonica Joh. v. caplo
ſcribitur. Hec eſt fiducia quã habem9
ad dominum. quia quodcunqꝫ petieri
mus fiet nobis. ¶ Contra ſecundũ
faciunt omnes indigni quibus ſm ca/
nones dignitates eccleſiaſtice denegan
tur. vt legitur ⁊ notatur in decre. inter
dilectos. de exceſ. prela. et in regu. Infa
mibus. de re. iuris. li. vj. Neceſſe eſt er
go vt qui vult a deo aliquid obtinere:
ſtudeat eius obtẽperare mandatis. et
ſic ſe dignũ facere vt exaudiri mereat.
¶ Videm9 enim ꝙ qui alicui regi vel
principi prompte ac reuerenter obedit
regis gratia dignũ ſe facit et ab eo acci
pit omne quod petit. vnde in canonica
prima Joh. iij. ſcribitur. Si cor noſtrũ
non reprehenderit nos fiduciam habe
mus ꝙ quicquid petierim9 impetra/
bimus quoniã mandata eius cuſtodi/
mus. ¶ Contra tercium petijt pau
lus. ideo non meruit exaudiri. quia con
tra ſalutẽ petebat. ij. ad corint. xij. trã
ſumptiue in canone. ſi paulus. xxxij. q.
v. ¶ Ad hunc ſenſum facit qđ dicit va
lerius libro. vij. ꝙ a dijs immortalibus
nihil vltra petendum eſſet ꝙ̃ vt bona
tribuerẽt. quia hij ſciebant ꝙ vnicuiqꝫ
vtile eſſet. homines autẽ id ſepe notis
expoſcunt quod nõ impetraſſe melius
foret. nam mens tenebris inuoluta ce/
cas precationes effundit. diuitias appe
tit. que mortis multis cauſa fuere. ho/
nores concupiſcit qui plurimos ad ma
los exitus deduxerunt. ſplendida con/
iugia querit. que nonnunꝙ̃ funditꝰ do
mos euertũt. deſinat ergo ſtulta mens
hominis futuris maloꝝ ſuorum cau/
ſis quaſi rebus feliciſſimis inhyare et
ſe totum celeſtium arbitrio cõmittat.
quia qui bona de facili tribuere ſolent.
etiam eligere aptiſſime poſſunt ⁊c̃.
¶ Contra quartum faciunt omnes
qui petunt qđ non eſt iuſtum vel hone
ſtum. quia cuiuſlibet petitio debet eſſe
iuſta ſcđum poſſibilitatem illius a quo
petitur. iniuſtum cm̃ appellat vt ſi pe/
teres ꝙ deberet aliqua cauſa condem
nare non condemnanda. iniuſtum eſſet
hoc petere. Inhoneſtũ etiam appellat
vt ſi peteres mihi vxorem meã. valde
inhoneſtum eſſet et nõ honeſtum.
¶ Ad hoc facit optime qđ recitat vale
rius de publio rutilio qui cum quidam
amicus ſuus ab eo peteret quoddã ne
gotium ſibi fieri. et ipſe ſibi aſſentire
nollet. dixit illi. vt quid mihi opus eſt
amicicia tua ſi non vis mihi facere qđ
peto. Et publiꝰ ſtatim reſpõdit vt qd
eſt amicicia tua ad faciendũ contra me
aliquid inhoneſti. Cum ſeneca dicat ꝙ
hec lex eſt ĩ amicicia. vt nec res turpes
rogemus neqꝫ faciamus rogari. Cum
hijs concordant canones infra ſcripti.
videlicet canon ꝙ̃ſi prepoſterum. xiij. q.
ij. Et canon. quod autem. xxiij. q. vij. et
decre. ſollicitudinem. de appel. extra. in
omnibus hijs iuribus dicitur ꝙ petẽs
contraria ſuꝑ ſua petitiõe non eſt au/
diendus ſcđm verum intellectum. Sic
tali modo reſpõdere poteſt deus quan
do ab eo petitur quod inhoneſtum eſt
vel etiam iniuſtum ſcđm ꝙ autor in ſe
cundo metro inſinuare videt dum di/
cit. Nam ſtultũ eſt petere qđ poſſit iu
re negari. ¶ Nota ꝙ tria ſunt que ho
neſte a deo petere poſſum9. ¶ Primo
quis petere põt vite neceſſitatem. dum
modo nõ petat ad ſuperfluitatẽ. vnde
geñ. xlij. ſcribitur ꝙ preualuerat fames
et clamabat populus alimenta petens.
¶ Secundo quis honeſte poteſt pe/
tere nature conſeruatõnem non ſolum
in bono corporis. verum etiã et ſobo/
lis dũmodo intendat filiũ nutrire ad
dei cultum. ſicut de parẽtibus beati ni
colai legitur. quia hoc modo petierunt
ideo accipe illud meruerunt. Illud idẽ
de parentibus ſancti alexij. Illud idem
de matre ſamuelis. j. regũ. j. ¶ Ter
cio honeſte quis poteſt petere in bello
ſubſidium. ſicut patꝫ per omnes libros
regum et machabeoꝝ. in quibus auxi
lium quod poſtulabat impenſum fuit.

et de hoc etiam in libro iudith. vj. capi
tulo ſcribitur ꝙ finito luctu per totam
noctem conuocatꝯ populus intra ſyna
gogam petebat auxilium de celo.
¶ De materia quo ad hanc partem re
quire ſup̄ in primo ꝓſe precepto. Itaqꝫ
deo ſupplica. ¶ Pro declaratione
tercij ⁊ quarti membri. puto vtile de in
fra ſcriptis queſtionibꝫ querēdum vel
inueſtigandū. ſcilicꝫ vtrum temporalia
ſimpliciter ſint petenda. Et videtur ꝙ
ſic. quia eccleſia in letanijs petit dicens
vt fructus terre dare et conſeruare di
gneris. te rogamꝯ audi nos. et non de
cipitur in eccleſia. quoniam impoſſibile
eſt eccleſiam generalem decipi. ergo pe
tens temporalia ſimpliciter bene petit.
¶ In contrarium facit qđ dicunt au-
guſtinus et bernardus. aſſerunt enī hij
ꝙ ſi temporalia petimus cum condi-
tione ea petere debemus. Unde augu
ſtinus. Cum tēporalia petitis cum mo
do petite et cū timore illi cōmittite vt
ſi ꝓſint det: ſi ſcit obeſſe nō det. quod
autem proſit vel obſit nouit medicus
non egrotꝯ. ¶ Et bernardus in quodā
ſermone in petendo tēporalia cauenda
eſt ſuperfluitas et voluptas. ergo tem
poralia nō ſunt ſimpliciter petenda. id-
eſt digna peti. veruntamen licitū eſt ea
petere in caſu ſicut in cōmuni neceſſita
te licitum eſt ea petere in caſu non ad
fruendum ſed ad vtendum.
¶ Ad iſtud igit̄ quod dicitur ꝙ eccleſia
non petit ſimpliciter temporalia neqꝫ
diuitias. ſed in ſtatum generalis neceſſi
tatis ex ꝓuidentia ſeu ex prudentia et
pro alio ſimpliciter ex caritate. Reſpō
detur ꝙ rationalis creatura que ex to
to tenetur diligere deum non debet a
domino auerti ⁊c̄. ſicut in caſu neceſſi-
tatis. vt liberiꝯ ſeruire poſſet deo et ei
per dilectionem adherere. et ita patet
ꝙ non ſequitur ex hoc ꝙ eccleſia oret
pro tꝑalibus dandis vel obſeruādis ꝙ
ipſa ſint petenda. ideſt digna peti. Sed
bene ſequitur ergo licitū eſt ea petere
ſicut eccleſia petit. ¶ De ſeptem pe
titionibus orationis dominice que dici
tur Pater noſter et earum effectibus
quibus fidelis quilibet inſtrui debet.
et maxime pueri informari debent. vi
de beatū tho. in ſcđa ſecūde. q. lxxxiij.
articulo nono qui incipit ad nonum ſic
ꝓceditur. et ibi pleniſſime hec materia
diſcutit̄. Et ꝓ tanto ſufficit remiſſio ⁊c̄

## Triceſimumſecundū prece ptū prime partis metrice.

Ignotum tu tibi noli
preponere notis. Co
gnita iuditio conſtāt
incognita caſu.
¶ In preſenti precepto autor repe A
tit metrice quod ſupra in. xxxvij. proſe
precepto Bonis benefacito. ¶ Pro do
cumento tribuit proſayce. Sed inter
vtraqꝫ talis aſſignari poteſt differen-
tia. quia ibi ſub quodā generali prece-
pit bonis benefacere debere ꝑ hoc ip-
ſum dei cultorem ad actum beneficen
tie inducendo. Hic autē precepit ꝙ po
tius preponendi ſunt noti ignotis licet
in bonitate ſint equales. quod eſt re-
ctum ordinem beneficentie obſeruare.
Cuius dicti ratio talis eſſe poteſt. gra
tia et virtus imitātur ordinem nature
qui eſt a ſapientia diuina inſtitutꝯ. Or
do autem nature talis eſſe dignoſcitur
quia vnūquodqꝫ agens naturale per
prius et magis actionem ſuā diffundit.
ad ea que ſunt ſibi ꝓximiora vel pro-
pinquiora ſicut ignis qui magis calefa
cit rem ſibi ꝓpinquiorem. Sic etiam
deus in ſubſtantias ſibi propinquiores
prius et copioſius ſibi dona ſue bonita
tis diffundit. vt dicit dyoniſius de cele
ſti ierarchia. Exhibitio autem benefi-

ciorum eſt quidam actus amicicie inter
alios. et ideo oportʒ ꝙ ad magis pro/
pinquos et natos ſimus magis benefi
ci. vnde auguſtin9 de doctrina chriſtia
na. Cum omnibus ꝓdeſſe non poſſis
potiſſime conſulendum eſt qui pro lo/
corum et tempoꝝ et quarumcunqʒ re
B rum oportunitatibus conſtrictius tibi
ꝙ̃ qui ſorte coniungũtur. ¶ Eſt au
tem ſciendũ ꝙ licet ſimpliciter loquen
do magis teneamur notis propinquis
ꝙ̃ ignotis.poſſet tamen ſic variari con
ditio locorum et tempoꝝ et negocioꝝ
ꝙ in aliquo caſu magis eſſet ſubuenien
dum extraneo et ignoto. puto ſi ſit in
extrema neceſſitate ꝙ̃ etiam patri non
tantam neceſſitatem pacienti. ¶ De
hac materia quo ad hanc partem.ſatis
habetur ſupra in nono ꝑcepto.Cui des
videto.dicit ergo autoꝛ. Ignotum tibi
tu.quaſi velit autoꝛ innuere. Noli pre
ponere. ideſt anteponere vel honorare
magis ignotos.ſcilicet quos non interi
us noniſti. Notis. ideſt cognitis quos
cognouiſti. ꝓpterea eccleſiaſtici. ix.ca.
ſcribitur. Non derelinquas amicũ anti
quum nouus autẽ non erit ſimilis illi
huius dicti rationẽ litteralem aſſignat
ſcd̃us verſus dicens. Cognita quippe
cõſtant nobis iudicio.quaſi dicat ꝙ de
cognitis iudicare poſſum9 qualia ſunt
ideſt de certitudine et de hijs que no/
uit poteſt iudicare. Ita dicebat ſalua/
toꝛ Joh.v.Sicut audio ſic iudico.tran
ſumptiue de conſe. di.v.ſaluatoꝛ. Sed
incognita conſtant caſu.i. euentu.quaſi
dicat ꝙ ignoꝛas recte iudicare non po
tes.ideo de tali confidere eſt magnum
periculũ quod oſtenditur eccleſiaſtici.
ix. Coram extraneo non dicas conſiliũ
tuum.neſcis enĩ quid pariet.non omni
homini coꝛ tuũ manifeſtes ne forte in/
ferat tibi falſam gratiam et cõuicietur
tibi. Hec etiam probãtur iure. dicit enĩ
canon in.§. Ex predictis.xxx.q.v.ꝙ ꝓ
incertis a certis non eſt recedendũ.te/
ne ſemper certum et dimitte incertum.

vt in canone. Si quis autem.de pe.di.
vj.in fine. Merito ergo dicit ꝙ inco/
gnita conſtant caſu.ideſt euentu. Caſus
vero vt ait boecius.v.libro de conſo/
latione.eſt inopinate rei euent9 ex cau
ſis influentibus ex hijs que ob aliquid
geruntur. ¶ Poteſt etiã iſte verſus ali/
ter exponi vt dicatur. Cognita iudicio.
ideſt ſi bene facis noto iudicare potes
vtrum ille dignus ſit beneficio.ſi autẽ
benefacis ignoto non potes ſcire niſi a
caſu vtrum ſit dignus vel non. ¶ Pro C
primi metri intelligentia magis in ſpe/
ciali poteſt de tali dubio queri vel in/
ueſtigari videlicet an preceptũ autoris
catholicum ſit in eo ꝙ dicat. Ignotum
tibi tu. Et videtur ꝙ non.quia hoc eſt
contra ꝑceptum xp̄i in euangelio Luce
xiiij.dicentis. Cum facias prãdium aut
cenã noli vocare amicos tuos neqʒ fra
tres neqʒ cognatos.ſed voca pauperes
debiles cecos et claudos.non ergo ſe/
cundum xp̄i ſententiã noti ſunt prepo
nendi ignotis. Quicũqʒ ergo facit con
tra mandatũ xp̄i contemnit chriſtũ et
ipſius legem.ergo preceptũ autoris nõ
eſt catholicũ et per conſequens non ſer
uandum. ¶ Ad hoc dicẽdum eſt ꝙ
autoris preceptum non eſt contra pre/
ceptum chriſti. non ei prohibet chriſt9
ſimplicit̃ vocare notos amicos vel etiã
conſanguineos ad conuiuiũ ſed prohi/
bet vocare eos ea intentione vt et ipſi
te reinuitent.quia hoc non eſſet carita/
tis ſed cupiditatis. et illud non eſt con
tra quod dicitur hic ꝙ noti preponan
tur ignotis dum tamen nõ preponant̃
ꝓpter expectationẽ retributionis con
ſimilis. verum eſt tamen ꝙ in caſu de/
bent ignoti preponi notis. vt patet de
peregrinis qui ſunt preponendi notis
ꝓpter indigentiam. ¶ Circa ſecun/
dum metrum etiam poteſt de tali que
ſtione queri. videlicet an iudex debeat
ſcd̃m allegata et ꝓbata iudicare an ſe/
qui conſcientiã quam habet in contra
rium. hoc ideo dico ꝑ ea que dic̃ autoꝛ

ꝙ Cognita iudicio conſtant incognita
vero non conſtant. Sed conſtant caſu.
¶ Huic queſito reſpondit beatus
thomas ſcd̄a ſecūde queſtione .lxvj. di
cens ꝙ iudex in iudicando debet ma/
gis ſequi legittima documenta per in/
ſtrumenta et teſtes et alia huiuſmodi
ꝙ̄ illud quod ipſe nouit tanquā perſo
na priuata. Ex hac tamē cognitione pri
uata rumari poteſt vt diſcretius diſcu
tiat ꝓbationes inductas vt poſſit eoꝝ
defectum inueſtigare ꝙ ſi eas non po
teſt de iure repellere debet eas in iudi
cando ſequi. ¶ Dicit etiam idem que
ſtione .lxiiij. ꝙ ſi aliquis quē ſcit iudex
innocentem falſis teſtibus deuincit͏̄ vt
occidatur ſi iudex non poteſt inuenire
occaſionem deliberandi innoxium de/
bet eum ad ſuperiorem remittere iu/
dicandum. Si autem nec hoc poteſt nō
peccat ſcd̄m allegata ferens ſentētiam
quia ipſe non occidit eum. ſed illi qui cū
aſſerunt nocentem ſeu noxium. et huic
ſententie cōcordant pe. et ray. Quo ad
illud vltimū vbi dicitur. ꝙ ſi iudex nō
poteſt inuenire occaſionē liberandi in/
noxium debet eum ad ſuperiorem re/
mittere iudicandum vel alteri cauſam
delegare. dicit dominus meus domin9
Joh. cal. recolende memorie ꝙ ſi talis
iudex ꝓpter talem remiſſionē vel ſub
delegationē verisimiliter credat ꝙ in/
nocens damnaretur. nullo modo remit
tat vel etiam ſubdeleget. quia huic ma
lo occaſionem preſtaret. Contra illud
lxxxvj. diſtin. facientis. cū conſimilibus
ergo ſi poteſt vt dictum eſt bono mo/
do falſas reprobatiōes repellat. ſi hoc
non poteſt ſuperſedeat hoc caſu. ¶ Si
veriſimile eſt ꝙ in futurum etiam ex il
lis actibus nulla fiat condemnatio. ad
hoc in. l. abſentem .ff. de penis. ¶ Si
autem eſt veriſimilis ꝓſumptio de con
trario conſulo ꝙ potius abſoluat ꝙ̄ fa
ciat aliquod predictorum. quia hoc eſt
nimis malum. et ideo potius eligendū.
xlij. diſtin. c. j. et. ij. iſtud credo verum
fore tenendum ſaluo tamen ſemper iu
dicio ſaniori.

## Rethorica ſup .xxxiii. pre.

## Cum dubia incertis.

¶ Generalis humane calamitatis ne
ceſſitas a prothoplauſtorum criminibꝫ
deriuata. nos in funiculum dupliciter
neceſſitatis includit. nam rationis iudi
cium ignorantie tenebre nititur obfu/
ſcare. et multiplicis egeſtatis miſerijs
valitudinem corporis intercludit cum
morbo duplici duobus remedijs con/
uenienter occurrimus. ſcilicet vt extra
cto animo ꝑ ſtudiorum ſollicitudinez
ignorantie neceſſitatem depellamus.
Secundo per diſcrete circumſpectiōis
cautelam corporali vite neceſſaria per
quiramus ne ſi primū defuerit beſtijs
ſimiles nō liceat perſpicue lucis archa
na circūſpicere. ¶ Si vero ſcd̄m defue
rit impacientie baculo vehemēter attri
ti in confuſionis ad doloris amaritudi
nem etatis nunc tempora tranſientes
dies lugeam9 et horas. Pro lucro tibi
pone diem.

## Triceſimūtercium precep/tum prime partis metrice.

Cum dubia incertis
verſetur vita periclis
Pro lucro tibi pone
diem quicunqꝫ laboras.

¶ Preſens autoris preceptum eſt
quaſi idem cum precepto.xix.huiꝰ par
tis ſupra poſito. Cum dubia et fragi/
lis.ex eo quia conueniunt in dubietate
et humane nature fragilitate. Sed in
hoc differunt. quia in.xix.precepto au
tor dei cultorem inſtruit ꝙ nō debeat
ponere ſpem in alteriꝰ mortem et hoc
ꝓpter dubietatem et fragilitatem vite
noſtre que citius finiri poteſt ꝗ̄ vita
illius de cuius morte ſperatur. In hoc
vero precepto ꝓprie oſtēditur ꝙ vita
noſtra multis ⁊ variis circūdatur peri
culis.et ideo credere debemꝰ nos mul
tum lucratos fuiſſe illa die qua non in
cidimus in aliquod periculum.quia dif
ficillimum eſt pericula vite euitare cum
innumerabilia ſint et infinita et ad ta/
lem cōſideratiōnem intendit autor dei
cultorem inducere dum in hoc prece/
pto dicit. Cum dubia incertis verſetur
vita periculis.quaſi velit autor innue/
re.ꝙ non debes cōſumere tempus vel
vitam ꝑtranſire quin aliquid boni de/
beas operari.quoniā vite humane ſem
per imminent incerta pericula. In hac
ſententia concordat dictum Jero.in ca
none.nunꝗ̄.de conſe.di.v.vbi dicitur
ſemper aliquid boni facito vt te dya/
bolus inueniat occupatū.et hoc eſt.Cū
dubia vita incerta.quia tempora futu/
ra ſunt nobis incerta. vnde incerti ſu/
mus quod nobis accidere debeat vel
etiam Dubia qui dubio temporis ſpa/
cio viuimus et incertus ſit nobis finis
vite noſtre. Incertis periculis. Aduer/
te quia dicit incertis periculis. Certi eſ
ſumus qd̄ vita noſtra ſubiacet pericu/
lis infinitis. Verſet̄ ideſt agatur in du
biis caſibus. Quicunqꝫ laboras. ideſt
pro quacunqꝫ re vel ꝓpter quodcūqꝫ
laboras in acquirendo opes et ſimilia.
Pone diem pro lucro.ideſt vitā vnius
diei ꝓ lucro habeas et reputes. et gra
tias inde deo referas. Vel ſm̄ priorem
Quicunqꝫ labores. ideſt quicunqꝫ es
qui aliquo labores negotio. Pone tibi
diem pro lucro.ideſt videatur tibi la/
crum per quoſcunqꝫ dies vixeris. nec
doleas de labore ſed gaude ꝙ liceat la
borare.vel pone ideſt laborem tibi dici
Pro lucro.vn̄ tullius non refert quot
annos habeam.ſed quot vtiliter expen
derim. ¶ Pro huiꝰ precepti quo ad
vtrunqꝫ metrum. intelligētia et obſer
uantia eſt breuiter attendendū ꝙ mor
talium ſtatus quo ad dubietatē et hu/
mane vite incertitudinem periculoſus
eſt et incertus.qd̄ declarat̄ ex hiis tri/
bus videlicꝫ.Ex ſcripture diuine mani
feſtatione.Ex doctorum ſacrarum litte
rarum inductione.Ex ſacrorum cano/
num approbatione. ¶ Dico primo B
ꝙ mortalium ſtatus declaratur pericu
loſus et incertꝰ ex ſcripture diuine ma
nifeſtatione. Unde apoſtolus ſcd̄a ad
corinth.xi. dicit ꝙ ꝑiculis in mari.peri
culis in terra.periculis fluuiū.periculis
latronuꝫ.periculis in ciuitate. periculis
in ſollicitudine.periculis in falſis fratri
bus ¶ De iſtis etiam periculis loqui
tur Innocentius in libello de vilitate
conditionis humane in.ca. malicia eſt
vita hominis ſuper terram.vbi dicitur
an non vera milicia cū multiplices ho
ſtes vndiqꝫ inſidiētur vt capiant et ꝓ
ſequuntur vt ꝑimant.demon et homo
mūdus et caro.Demon cum viciis.ho
mo'cum beſtiis.mundus cum elemētis
caro cum ſenſibꝫ. terra ꝓducit ſpinas
et tribulos. aqua procellas et fluctus.
aer tempeſtates et tonitrua. ignis coru
ſcationes et fulgura.lupꝰ et vrſus par
dus et leo.tigris et onager.cocodrillus
et grifus et ſerpentes et coluber.baſili
ſcus et aſpis.ceraſtes et draco. ſcorpio
nes et vipere.ſed et lendes et pediculi
et pulices et ciniphices.muſce et ſcara/
bones et veſpe. piſces et volucres et
breuiter animalia nobis aduerſantur.
nam qui creati ſumus vt dominare/
mur piſcibꝫ maris et volatilibus celi et
oībus animātibus q̄ mouent̄ in terra.

Nunc damur illis in predam damur in
eſcam. ſcriptum eſt enim deutro .xxxij.
capitulo . dentes beſtiarum immittam
in eos cum furore trahentium atqꝫ ſer
pentum. Heu heu infelices matres qui
tam infelices filios genuiſtis .
¶ Ideo huiuſmodi conſiderantes
pericula parati eſſe debemus omni ho
ra omniqꝫ momento ad mortē ex quo
ſic venit etiam improuiſe . ꝓpterea vt
dicit auguſtinꝰ. voluit deus nos latere
finem noſtrum vt ſemꝑ parati ad mor
tem inueniamur. mater negligētie ſolet
eſſe ſecuritas quod multis ſepe graue
periculū incauta ſecuritas fuit ait gre/
gorius moraliū. xij. ſuper illud Job. xv.
Numerus annorū incertus eſt. ideo do
minus docet nos eſſe vigiles et atten/
tos dicens Math. xxiiij. vigilate quia
neſcitis qua hora dominus veſter ven
turus eſt. Et apoc. iij. Si non vigilaue
ris veniam tanq̄ fur. ¶ Dico ſcd̄o
ꝙ mortaliū ſtatus declaratur periculo
ſus et incertus ex doctoꝝ ſacrarum lit
terarum inductione. ¶ Pro quo ſcien/
dum ꝙ in quibuſdam hiſtorijs exem/
plariter legitur ꝙ quidam ſancto viro
demonſtrata fuit talis viſio videbatur
ſibi ꝙ eſſet ſuper ripam maris ⁊ vnde
maris trāſeuntes videbant eum velle
ſubmergere. dum vero aſpiceret retro
et fugeret. et ecce vidit leonē terribilē
et ore aperto currentē ſuper eum. Iſte
timore perterritus ad terram ſuos ocu
los declinauit. ex alia parte vidit ſerpē
tem venenoſum os ad eum morden/
dum aperientem . videns igitur iſte ſe
omni ſpe fuge et auxilij deſtitutū . ocu
los leuauit ad celum ad diuinū auxiliū
implorandum. ſed ecce vidit angelum
coronam in vna manu tenētem. in alia
vero gladiū qui ſic alloquit̄ eum noli
timere. quia ab omnibus hijs periculis
liberari valebis. Si que tibi mandabo
peregeris que in hijs continent̄ metris
videlicꝫ. Sors maris ira fere dolus an
guis angunt miſerere. Hanc ſperne fu
ge tere ſertum dabo ſiue ferire . quaſi
velit autor dicere . pone pedem ſuper
guttur ſerpentis quia ſtatim mortuus
erit. volue ſpatulas et fuge mare et li/
beraberis. aggredere viriliter leonem.
quia non eſt tam fortis ſicut credis ſed
valde debilis. Si hec peregeris coro/
nam hanc tibi tradam. Si autem hoc
gladio te interficiam. ¶ Moraliter qui
libet mortalis in hac dubia et miſerabi
li vita que in incertis verſatur pericu/
lis eſt maxime tribus vallatus inimi/
cis. ¶ Primus qui per ſerpentē de/
notatur eſt caro noſtra ⁊ hec per viſus
concupiſcentiā animam noſtram habet
venenare ſicut baſiliſcus qui ſolo viſu
hominē venenat et interficit. Iſto mo
do venenatus fuit rex dauid aſpiciente
barſabee prout ſcd̄o regū. xij. declarat
hiſtoria. ¶ Hic ſerpens ſcilicꝫ caro que
ſemper vt ſerpens mordet ſcd̄m illud
puer. xxiij. mordebit vt coluber ⁊ qua
ſi regulus venena diffundit non poteſt
melius vinci q̄ ipſam pedibus concul
care. id eſt ieiunijs et afflictionis ipſam
domando . ſicut faciebat apl̄us prima
ad corinth. xiiij. qui dicebat. caſtigo cor
pus meum et in ſeruitutem redigo .
¶ Secundꝰ inimicus eſt quo mor
talis quilibet eſt vallatus et circunda/
tus eſt mundus qui per mare deſigna
tur. ¶ Pro cuius declaratione eſt ſcien
dum id quod hugo de ſancto victo. in
quadam queſtione quam fecit de ſtatu
mundi in quo periculo ſumus. Dicit ꝙ
ratio querit ab anima vides mundum
iſtum. Reſpōdit anima video. et bene
video. ratio. Quid vides anima. naui/
gantes video et in mari magnā tranſ/
quillitatem . magnamqꝫ aeris ſerenita
tem ventiſqꝫ ſpirantibus leuiter opta
tu curſu nauigium ferri. viros autē per
naues diſcūbentes ad epulas ⁊ canen/
tes in ſimphis et cytharis et oī genere
dulcis armonie ſeu cātilene auditū mul
cētes ipſis etiā aquis melodiā reſonan
tibꝫ piſceſ maris greges circūducere et

exultantibus alludendo leticiā augere.
¶ Moraliter quid hoc niſi magnū
gaudium et magna iocunditas et ſi eſſe
poſſit diuturnum magna felicitas.
Ratio fige paulisper oculū et noli de
clinare intuitum donec videas finem.
Animi fixi ratio. Quid vides nunc ani
ma. O video vndiqꝫ nigreſcere celuꝫ
et aeri ventoꝝ curſu nubes agitari cō
turbari mare fluctꝰ intumeſcere et q̄ſi
ab ymo euerſum totū intumultū fieri.
¶ Ratio. O inquit miſeri. quid vobis
et mari quaſi fallaci ſereno credidiſtis
quare in dubio ſecuri fuiſtis quare trā
quillitatem equoris ſuſpectam non ha
buiſtis. quare ſecurum iter in terra non
tenuiſtis. Quid vobis lucra tanto tem
pore aquiſita. Ecce quā exiguum bonū
ſecuti eſtis. ecce quā calamitatem incur
riſtis. Et quia verum malum quod vo
bis minabat̄ ꝓuidere voluiſtis ab ap
petitu fallacis boni qḋ veſtros trahe/
bat animos non cohibuiſtis. ¶ O infeli
ces et miſeri. Ecce illa leticia veſtra quo
modo tamcito imutata eſt vita veſtra
ad quam miſeriam deuoluta eſt. prius
vobis inaniter exultantibus. piſces ma
ris alluxerunt. nunc vos naufragos et
miſerabilit̄ abiectos piſces maris vos
in paſtum accipiunt. hec hugo. ¶ Huic
cōcordat illud iob. xxi. Quare impii vi
uunt et ſubleuati ſunt cōfortatiqꝫ diui
tiis. ſemen eorum permanet coram eis.
ꝓpinquorum turbe et nepotū in con/
ſpectu eorum. domus eoꝝ ſecure ſunt
et paccate et non eſt virga dei ſup eos
bos eoꝝ concepit et non abortiuit vac
ca peperit et non eſt priuata fetu ſuo.
egrediuntur quaſi greges paruuli eoꝝ
et exultant eorum infantes luſibꝫ. te/
nent tympanū et cytharam et gaudēt
ad ſonitū organi ducunt in bonis dies
ſuos. et in puncto ad inferna deſcendūt
Huic alludit dictū ſenece. Nolite inq̄t
huic tranſquillitati cōfidere momento
mare euertetur. et eodem die vbi luxe
runt nauigia ſorbentur. Hoc modo al

ludere videbat̄ qui dicebat illud Luce
xii. Anima mea habes multa bona ꝛc̄.
Cui dictum eſt ſtulte hac nocte morie
ris. ¶ Si quis ergo vult hūc inimicum
vincere. fugiat eum ſcilicet mundū eius
pompis abrenunciando et faciet ſicut
canes egipti qui currūt lambendo per
ripam nili. ne a cocodrillis venenentur
et deuorentur. ita facere debet morta/
lis quilibet ꝛc̄. ¶ Tercius inimicus
quo mortalis quilibet eſt vallatus eſt
dyabolus qui per rugientē leonem an
notatur. ¶ Pro cuius etiā declaratione
eſt ſciendum ꝙ iſte leo ſcilicet. demon
licet dicatur ꝙ ſit tanq̄ꝫ leo fortiſſimꝰ.
Si quis ſibi reſiſtit eſt valde debilis.
quia ſcḋm hieronimū nō vincit niſi vo
lentem. ſed niſi quis ſibi reſiſteret eſt
valde fortis et fortiter ferit peccatorē.
hunc tamen rugientem leonem docet
nos vincere beatꝰ petrus in ſua prima
epiſtola. v. cap̄lo dicens. ſobrii eſtote et
vigilate quia aduerſarius veſter dya/
bolus tanq̄ꝫ leo rugiens circuit querēs
quē deuoret cui reſiſtite fortes in fide.
¶ Sex autem armis ſeu iaculis vtitur
ad anime et corporis depreſſionē. ſcili/
cet ſuggeſtione. delectatione. conſenſu.
opere. cōſuetudine. et neceſſitate. ¶ Cū
iſtis ſex iaculis vndiqꝫ percutit pecca/
torem. et niſi ſe armet et viriliṫ reſiſtat
eidem in magno eſt ꝑiculo. Sed mor
talis quilibet ſex armis munire ſe de/
bet et cum eis ipm viriliter impugna/
re vt contra eum victorioſus exiſtat.
¶ Primo per orationem ſe muniat.
quia eſt ſagitta dei. ii. regum. i. Sagitta
ionathe nunq̄ꝫ abiit retrorſum. ¶ Se/
cundo per ieiunium. quia eſt tyriacha.
Math. xvii. hoc genus demoniorum
non eiicitur niſi per orationem et ieiu/
nium. ¶ Tercio vincitur per fidem
que eſt ſcutum dei. ad ephesios ſexto.
In omnibus ſumentes ſcutum fidei.
¶ Quarto vincitur per confeſſio/
nem. que eſt quaſi incarnatio dei. quan
do enim ſacerdos peccatorem abſoluit

tunc dyabolum incantare videtur.
¶ Quinto vincitur per elemoſinam
que eſt lancea dei. Unde dicitur de ele
moſina ecc. xix. ca. Super ſcutū et lan/
ceam aduerſus inimicum tuū pugna/
bit. ¶ Sexto vincit̄ per humilita/
tem. que eſt gladium dei qui ipſum ſu/
perbum humiliat et vulnerat. vnde in
pſalmo. Tu humiliaſti ſicut vulneratū
ſuperbum. Legitur in figura de dauid
ꝙ facilit̄ et ſine difficultate occidit leo
nem vrſum et gigantem philiſteum co
quia humili modo fuit ꝑut primo re/
gum. xvij. declarat hiſtoria. vnde de ſe
ipo pmo regū. vj. Ludā et vilioꝛ fiam
ero quaſi humilis in oculis meis.
Dixi tercio ꝙ mortaliū ſtatus pericu/
loſus declaratur. et incertus ex ſacro/
rum canonum approbatione. ¶ Pro
huius etiam tercie partis intelligentia
que ſup ſecūdo metro fundari poteſt.
vbi dicit̄. Pro lucro tibi pone diem ₇c̄
ideſt vitā vnis diei ꝑ lucro habeas et
reputes. et ideo gratias deo referre de
bes eſt breuiter ſciendū ꝙ beatus gre
gorius in omelia. Simile eſt regnū ce/
loꝛum decem virginibus inquit. nos er
go ſollicite cogitemus ne nobis inua/
num tempoꝛa tranſeant. et tunc quera
mus ad bene agendū viuere cum iam
compellimur de corpore exire. ¶ Illud
ergo tempus qd̄ fugere nō licet modo
cogitare debet dum licet hoꝛa illa no/
ſtri exitus ſemper eſt metuenda Eccle
ſiaſtes. ix. Quodcunqꝫ pōt manus tua
inſtanter operare. Hanc ſententiā pro
bat auguſtinus in canone. Si quis. de
pe. di. vij. ſic inquiens. Si quis poſitus
in vltima neceſſitate ſue egritudis no
lueritqꝫ accipere penitentiam et accipit
et mox reconſiliabitur et hinc vadit fa
teoꝛ vobis non illi negamus quod pe
tit. ſed non ꝑſumimꝰ ꝙ huic bene exe
at ſi ſecurus hinc exijt ego neſcio peni
tentiam dare poſſumus ſecuritatē da/
re non poſſumus nunqd dico damna
bitur. ſed nec dico liberabitur. vis ergo
a dubio liberari vis quod incertuꝫ eſt
euadere. age penitentiā dum ſanus es.
Si ſic agis dico tibi ꝙ ab omni peri/
culo es ſecurus. quia penitentiam egiſti
eo tempore quo peccare potuiſti. Sic
faciendo ponis diem ꝑ lucro ¶ Si au
tem vis agere penitentiā quando iam
peccare non potes peccata te dimiſerūt
tu nō illa et es adhuc in ꝑiculo et nunc
non ponis diem pro lucro ſed potius
pro damno.

## Triceſimumquartū precep/tum prime ꝑtis metrice.

Uincere cum poſſis in
terdum cede ſodali.
Obſequio quoniam
dulces retinentur amici.
¶ Inter cetera que deo ſunt grata
et accepta eſt ſodalitas ſeu conſociatō
virtuoſa. Et tunc maxime dicitur vir/
tuoſa quando inter ſodales ſocios con
d'tiones infra ſcripte concurrunt vide
licet quando intereſt caritatiua affectō
vnanimis conſenſio. mutua ſubleuatio
nociuoꝛum in vtroqꝫ repulſio. adiuto/
rij ꝓmpta collatō. vtriuſqꝫ ab alio mu
tua veneratio. ſuperioꝛis cum inferioꝛi
parificatio. pia inter eos compaſſio. et
benefica ſuppoꝛtatō. Hijs ſic interueni
entibus ſodalitas ſeu conſociatio dicit̄
virtuoſa et amicicie cōſeruatiua. Dico
nanqꝫ pmo ꝙ inter ſodales vl' ſocios
dꝫeſſe caritatiua affectio vt glibet aliū
diligat in veritate et non ſit tantū ſoci
us menſe qui non permanet in die tri
bulationis Eccleſiaſtes. vj. Ideo augu
ſtinus quarto confeſſionū vocabat ſo/
cium vel amicum dimidium vite ſue. et
ad'philippeñ ij. Si qua ſocietas ſpiri/
tus. ſi qua viſcera miſeratōnis implete
gaudium meum vt idem ſapiatis ₇c̄.

¶ Dico ſecũdo ꝙ inter ſodales de
bet eſſe vnanimis conſentio.nam habi
tatio facit vnius moris in domo .
¶ Dico tercio ꝙ inter ſodales eſſe
debet mutua ſubleuatio et nociuorum
ab vtroqꝫ repulſio et adiutorij promp
ta collacio vt hec tria gratia breuitatis
ſimul complẽtur. ꝓpterea eccleſiaſtes.
iiij.ſcribitur ꝙ melius eſt duos eſſe ꝙꝫ
vnum. habent enĩ emolumẽtum ſocie
tatis ſue. Si vnus ceciderit ab altero
fulcietur. ve ſoli quia cum ceciderit nõ
habet ſubleuantem ſe et ſi dormierint
duo fouebunt̃ mutuo vnus quomodo
caleſiet.et ſi quiſpiam ꝑualuerit contra
vnum duo reſiſtunt ei.et ſequitur fu /
niculus triplex difficile rumpitur . Et
ſic ex iuſta autoritate bonum ſocieta /
tis triplex facit emolumentum .
¶ Primũ eſt ſubleuatio ꝙ ſi vnus
ceciderit ab altero fulcietur. Exo.xxiij.
Si videris aſinũ odientis te iacere ſub
onere. non pertrãſibis ſed ſubleuabis
cum eo. ¶ Secundũ eſt conſerua /
tio.quia fouebunt̃ ſe mutuo. plures ei
carbones fouent ſe mutuo. plures enĩ
candele ſimul cõnexe adinuicem accen
duntur . ¶ Tercium emolumen /
tum eſt defenſio.quia duo reſiſtũt vni
duo canes melius reſiſtunt lupo quaꝫ
vnus.immo timet duos vbi non time
ret vnum. ¶ Dixi ſexto ꝙ inter ſodales
debet eſſe vtriuſqꝫ ab alio mutua ve /
neratio ⁊ ſuperioris cum inferiori pari
ficatio.et hec duo ſimul accipiãtur gra
tia breuitatis. Hoc facere docet apl̃us
ad roma.xij.dicens. honore inuicẽ pre
uenientes.Unde narrat valerius libro
iiij.ca.vj. Quod alexander cũ epiſcene
ſibi gratiſſime veniſſet ad caſtra darij
et mater darij captiua epiſcenem quia
forma et ſtatura ꝑſtabat alexandri mo
re perſarũ. adulata ſalutauit illũ tanꝙꝫ
alexandrũ. Et cum admonita de erro /
re et per interpretationẽ verba excuſa
tionis quereret. ¶ Reſpondit alexan /
der nihil eſt ꝙ hoc ſermone confunda
ris.nam et hic eſt alexander paucis ver
bis ait valerius cum comite ſuo parti
tus eſt. Ideo eccleſiaſtes.xiij.Ditiori te
ne ſocius fueris. id eſt ei qui dedignat̃
condeſcendere et pariſicare ſe ſocio.vñ
ſeneca epl̃a.lxxxxij. Penes deos impe
rium inter homines cõſortium. homo
enĩ eſt animal ſociale. primo de anima
libus. ¶ Dixi octauo ꝙ inter ſodales C
eſſe debet pia cõpaſſio et benefica ſup
portatio.ita ꝙ hec duo cauſa breuitatis
ſimul iungant̃.hoc facere docet ſeneca
epiſtola.lxxxxvij.dicens ꝙ ſocietas no
ſtra eſt ſimilis formationi lapidũ que
ca ura eſt niſi inuicẽ obſtarent. hoc enĩ
ipſo ſuſtinentur. hec idem ambroſius.
iij.de offic. pietatis cuſtos amicicia eſt.
et equalitatis magiſtra vt ſuperior in
feriori ſe exhibeat equalem et inferior
ſuperiori. Inter enĩ diſpares mores non
poteſt eſſe amicicia. ideo conuenire de
bet gratia vtriuſqꝫ nec autoritas deſit
ſuperiori nec humilitas inferiori. Huic
ſententie addit gregorius.Quod ſi ego
mores tuos non ſupporto ⁊ econuerſo
nunꝙꝫ edificium caritatis ſurget inter
nos.Unde apoſtolus ad gal.vj. Alter
alterius onera portate ⁊c̃. Super qd̃
auguſtinus in libro.lxxxiij. queſtionuꝫ
q.lxxj. dicit ꝙ nil tam probat amicum
quemadmodũ oneris amici ſupporta /
tio.et ponit exempla de loquacibꝫ per
tinacibus iracundis ꝙ vnus ſupporta
re debet infirmitatem alterius ſcilicet
quãtum poſſibile eſt abſqꝫ peccato .et
exemplificat de ceruis tranſeuntibus
aquas quoꝝ priores portãt capita alio
rum in cruribus ſuis viciſſim. Et am /
broſius primo de offic. Ratio ſocieta /
tis diuiditur in duas partes iuſticiã et
beneficentiam ſiue liberalitatẽ vel be /
nignitatẽ iuſticia excelſior . alia gratior
illa cenſuram tenet.illa bonitatẽ in pro
poſito. vnde licet vnus ſodaliũ fortior
et potentior ſit alio.nihilominꝰ aliquã
do reddere debet potentior et com /
pati ſuper infirmitate ſocij vel amici.

quia vt dictum eſt pia eſſe debet com
paſſio inter eos atq̄ȝ benifica ſuppor/
tatio.non etiam eſſe debet homo peio
ris conditionis q̄ȝ ſit leo qui inter cete
ra aīalia fortiſſimus et crudeliſſim9 eſt
Nihilomin9 tamen ꝑut dicit ambroſi
us in exameron quatuor generibȝ per
ſonarum dicitur parcere. ſcilicet nudis
pueris ad terram ꝓſtratis et de carce
re repatriantibȝ. vnde de ceſare dictū
fuit.Qui vincis ſemper vt victis par/
cere poſſis.parcere ꝓſtratis ſcit nobi/
lis ira leonis.notant̄ hij verſus in de/
cre.ad hec.de poſtu.ꝑla.extra. ¶ Hanc
ſodalitatem et amiciciā diſſoluit auari/
cia.ait ambroſius in exameron libro.v
ponens exemplū de auibus rapacibus
que non ſunt ſociales.Et ſeneca epiſto
la.lxxxxiiij. Auaricia et luxuria diſſocia
uerunt mortales. et etiam tullius.iij.de
offic. diſſoluitur ſocietas cum quilibet
D querit ꝓprium cōmodum. ¶ Atten
dens igit autor q̄ inter cetera que dei
cultorem faciunt deo eſſe gratū eſt ſo/
dalitas ſeu amicicia virtuoſa ſcd̄m q̄
ſuperius eſt dictum. ¶ Pro tanto hoc
ſuū preceptum autor tribuit omnibus
fore obſeruandū dicens. Uincere cum
poſſis interduȝ cede ſodali.quaſi velit
innuere q̄ ſi cōtingat te diſcordiam cū
tuo ſodali aliquā habere.licet ipm poſ
ſis ſuperare iuſte atqȝ pie voluntati con
deſcendere debes.qꝛ tali obſequio ip/
ſum retinere poteris in amicum.Unde
ſeneca ¶ Furioſum eſt contendere cum
maiori anceps cum pari. ſordiduȝ cum
minori.Et hoc eſt quod intendit autor
dum dicit. Uincere cum poſſis.in qua
re vel ſerie ludendo vel alio modo.Ce
de.ideſt concede et da locū ire non ta/
men ſemper ſed interdum ſodali.
Nota differenciā inter ſocium collegā
comitem conſortē et ſodalem. Socius
ꝓprie eſt in periculo.ſed dicit lex q̄ in
honeſtarū rerum ſocietas nulla eſt. vt
ff. ꝑ ſocio.in.l.nec pretermittendum.
Collega in officio. Comes in itinere.
conſors in premio. Sodalis in menſa.
vel ſede.et hec differentia notatur per
dominum Joh. andree in clemen.j.de
penis.in gloſa que incipit defenſauit.et
eſt quarta in ordine gloſarū. ¶ Quo/
modocunqȝ tollat̄ ſocietas nō eſt mul
tum curandū. debet tamē homo ſocia
lis eſſe.quia homo eſt animal non ſoli
tarium. ſed politicū et cōmunicatiuū.
ait commētator ethicoꝝ. viij.et ſeneca
in libro.iiij. de beneficijs.hominē non
vnguium vis non dentium terribilem
ceteris fecit nudum et infirmū ſocietas
cingit. ¶ Pro tanto natura duas res
dedit que illum ceteris obnoxiū vali/
diſſimum facerent.videlicet rationē et
ſocietatem ſequitur.ſocietas illi diuinū
animaliū dedit et imperium gentiū ꝛc.
et ſic obſeruādo que dicta ſunt dulces
amici. ideſt ſuaues et fideles obſeruan
tur.Unde tullius.Nil dulcius q̄ȝ habe
re cum quo ſic loquaris vt tecū. Et in
tercio de amicicia idem obſequiū ami/
cos veritas odiū parit. Et ꝓuer.xvij.
Uir amicabilis ad ſocietatē magis ami
cus erit q̄ȝ frater. Et eſopus dicit.vin
cere poſſe docet vincere crimen habet
De materia virtuoſe ſocietatis et pra/
ue.latiſſime habet̄ ſupra in parte ꝓſey
ca precepto.xxv. Cum bonis ambula.
et ibi vide ſi placet tibi.

## Triceſimumquintū precep tum prime partis metrice.

NE dubites cū magna
petas īpendere pua.
Hijs eteni rebus con
iungit gratia caros. A

¶ Preſens preceptum duobus mo
dis legi poteſt ſcd̄m duplicem intelle/
ctum ex hoc inſurgentem. ¶ Primus
intellectus accipitur litteraliter et mun
dialiter. Secund9 vero moraliter.

